

1

Observatorio de San Fernando

BIBLIOTECA

Observatorio de Marina

BIBLIOTECA

Núm.

**6556**

Tomo

N  
S  
C  
F





ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ

ΕΡ Ο Δ Ι Α Ν Ο Υ  
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Η.

15 T O R I O N B I B L I A E  
HERODIANI

HISTOR. LIB. VIII.

Cum ANGELI POLITIANI interpretatione,  
& huius partim supplemento, partim examine HEN-  
RICI STEPHANI: utroque margini adscripto.

*Eiusdem Henrici Stephani emendationes quorundam  
Græci contextus locorum, & quorundam expositiones.*

HISTORIARVM HERO-  
dianicas subsequentiū libri duo,  
nunc primū Græcè editi.



OBSERVATORIO DE MARINA  
DE  
SAN FERNANDO.

INSTITUTO  
OBSERVATORIO DE MARINA  
de  
SAN FERNANDO

50

Excudebat Henricus Stephanus  
ANNO M. D. LXXXI.

1581

HISTORIA

RETOPION BIBLIAE

HISTORIA

LIV. VIII.

Quia Anaximander Babiloniam interpretatur  
et quia in supposito textu examine  
et in marginibus adscriptis  
Eusebii Hieronymi Stephani exordium  
Graecae contextus locum et quomodo  
et exponitur.

HISTORIA

diagramma in scriptura  
et in Graeco editi.



Excudit Henricus Stephanus  
ANNO M. D. LXXI.

LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF TORONTO



NOBILISS. ET MODIS OMNIBVS

GENEROSISSIMO VIRO,

PHILIPPO SIDNEO,

HENR. STEPH. S. D.




*VID Sidneus agit? monitus multumq; monēdus  
Ut partas tueatur opes, & perdere vitet  
Dona palatino puero quæ infudit Apollo.*

NON abs re profectò, mi Sidnee, istos Horatii versus, ita *ἔλαττε-  
ποιηδύοις*, de te vsurpo: alia quidē te monēs de re quàm suum ille Cel-  
sum, sed non minus certè meis te quàm illum Horatianis egere mo-  
nitis existimans. Quì verò non existimem, quum mihi ante oculos  
pono quàm varia literarum à studiis auocamenta suis obiicere so-  
leant hospitibus quæ dicuntur aulæ? Hæc enim, licet vetustis ac pri-  
mariis scriptoribus Græcis ignota, sola tamen in vsu tandem mansit  
eius rei appellatio quam Xenophontem, de Persarum rege loquen-  
tem, *ἢ Συρῶν* nomine intellexisse, primus ostendi. Ac certè commo-  
dum, in *αὐλῆς* simul & Xenophontis mentione, Cyri recordor, qui ea-  
dem bonum regem quæ bonū pastorem facere aiebat: & diuina fieri  
prouidentia cogito vt reges vel in illo vocabulo (siqui eius originem  
sibi declarari velint) habeāt quo sui officii satis superque admonean-  
tur. Eam tu originem, ab eorum quopiam ad quos legatus profici-  
sceris interrogatus, non aliunde melius quàm ex Homero tuo aperire  
possis. Licet enim verear ne hunc quoque scriptorem tibi. è manibus  
aula excusserit, tuum tamen dico quòd cum illo in gratiam redire fa-  
cile tibi sit futurum. Idque tibi sum autor vt primo quoque tem pore  
facias, vt vel illius præsidio aduersus aulicas Sirenas tutus esse possis:  
quibus plerosque summo itidem loco natos prædam in ista ætate esse  
non ignoras. Immo verò cur ego tibi ab vllis vllius aulæ illecebris vl-  
lum imminere periculum suspicer, quem ab omnibus iis esse instructif-  
simum scio quibus fortiter illis resisti potest?

Vnū igitur vereor (vt ad monita illa vnde initium sumpsi reuertar)  
ne aulica negotia plus in te quàm tu in teipsum iuris habeant, & non  
tibi tandem sed aulæ viuas. (cui tamen viuere miserrimum esse, exper-  
tus scio.) Quamobrem vt ab eorum iniuria te asseras enitendum, &  
aduersus ea pro otio literario, aut aliqua saltem eius parte, pugnan-  
dum tibi est. Quòd si metuis ne illis, omne tibi otiū eripere, & modo-  
non omnes è manibus excutere libros conantibus, succumbas, téque  
eiusmodi hostibus dedere esse tibi necesse vides: hoc saltem suo dedi-  
titio gratificentur, vt historicos ei relinquāt. Si ne hoc quidem conce-  
dere voluerint, tamen quum eos quos mitto acceperis, aliquid laxa-  
menti ab illis hostibus cum quouis periculo extorque potius, quàm te  
tāto fructu quātus ex horum percipi lectione potest, priuari patiaris.

Duos enim ad te mitto historię scriptores: nouū vnum (quia nunc  
primùm in lucem, suo sermone loquens, prodit) alterum à me reno-



uatum : id est, noua diligentia pristinae integritati magna ex parte restitutum ( vt de nouo receptae eius interpretationis examine taceam) Duos, inquam, historiographos ad te mitto, qui vel primum inter eos tenere locum debent, quorum lectio nostri temporis aulicis multum non solum utilitatis, sed voluptatis quoque ( vtpote sui seculi principes eorumque aulas tanquam in speculo representantium) afferre potest. Adde quod, quo propius eorum, praesertimque posterioris, historiae a nostro seculo absunt, ( inter eos quidem certe qui vsque ad barbarie omnino infectam aetatem non peruenierunt) eo etiam maiorem cum illo, id est hominum illius vita & moribus, cognationem habent. Duos igitur hosce commentarios historicos, duo puta esse theatra in quibus earum quae tunc erant aularum comediae, tragico-comediae, tragediae aguntur : ( ita quidem vt comediarum exiguus, tragicocomediarum magnus, tragediarum maximus sit numerus) a quibus si ad aulas nostri temporis venias, de iisdem magna ex parte rebus oculis tuis atque auribus credere cogaris, de quibus alioqui praes admiratione suspectam illorum theatrorum fidem habuisses. Esto tamen, aliqua narrari a quopiam historiae scriptore, quorum nulla hoc seculum nobis exempla exhibeat, an propterea eius apud nos fidem periclitari aequum est? Verum vt de his tantum in praesenti loquar ( quosdam enim esse historicos scio qui fide historica verba sua non alligent, vt Nasonis vtar verbis) persuasum certe habeo, hoc historicorum par non vltimum inter eos etiam mereri locum, qui ( quae potissima scriptorum historiae est laus) veritatis & eruendae e tenebris & in lucem proferendae valde studiosi fuerunt. Vel potius, eorum quidem vnum, haud vltimam, alterum vero, vel primam mereri hac in parte laudem mihi persuadeo. Erunt enim fortasse qui tantum honoris historiae Zosimi deferendum negent, quod eius criminatibus aures patefecerint : at Herodiano minimè denegaturos puto : quum nullus vnquam eum, quod sciam, criminatus fuerit : fortassis autem ne in suspicionem quidem vnquam venerit. Hoc quidem certe constat, eum multorum quae commemorat factorum *αὐτίκην*, multorumque dictorum *αὐτίκων* fuisse : nullamque Romanam historiam extare, quae tam mirabiles rerum in Romano imperio vicissitudines non plurium annorum spatio complectatur.

Quamuis autem is sis ( si modò te aula non mutauit ab illo quem in Germania primum, deinde in Austria cognoui) qui, si hunc scriptorem in manus sumas, interpretis opera carere possis : tamen eorum quae circa interpretationem in gratiam eorum praestiti qui non itidem sine cortice ( vt est in prouerbio) natate queunt, tibi quoque iucundam fore lectionem confido. Itaque vt ea etiam legas te hortor : tibi valedicturus, si prius quos de duobus istis historicis scripsi versus adiecero :

*Roma habuit facies quas pauco in tempore multas.*

*Cernere si quis vult, has legat historias.*

*Qui titubantem vult Romam tandemque cadentem.*

*Cernere, praecunctis hos legat historicis.*



QUANTVS uir fuerit Politianus, cum alia pleraque eius scripta ostendunt, tum uerò hæc ipsa Herodiani interpretatio. Eius enim Latinum sermonem si plerisque in locis cum Græco Herodiani certare dixerò, non dubito quin assensores sim habiturus quicumque iudicio ualent, et sunt in utraque lingua quantum ad ferendum hac de re iudicium satis est, exercitati. Verùm ut hoc eos fassuros esse confido, ita etiam minimè negaturos puto, eum non paucis in locis interpretationi suæ habenas ita laxare, ut eam assequi non alij quàm ipsi aut ipsorū similes possint. id est, tantam suæ interpretationi non libertatem solum sed et licentiam permittere, ut in Latino eius sermone Græcū Herodiani agnoscere ij demum possint qui magnum in Græcæ linguæ cognitione progressum fecerunt. Quo fit ut in multis locis, si ad collationem Latinorum cum Græcis ueniendum sit, ijs demum usui interpretatio illa esse possit, qui eius usu facile carere possunt. Eosdem minimè inficiaturos existimo, quædã eum elegãtius quàm fidelius esse interpretatum: atque adeo in nonnullis non ut Politianum, sed ut hominem, omnino esse allucinatum. Quinetiam nonnulla apud Herodianum non parui momenti esse, quorum cognitione lectorem interpretatio illa fraudauerit. Quæ quum ita sint, meum de hac editione consiliū, quæ in illam interpretationem inquirat, facile illis me probaturum spero. Verùm et quædam eorum quæ dixi proponere exemplum uisum est.

VT igitur primum uerba faciam de meam eos locos inquisitione quos elegantius quàm fidelius esse interpretatum dixi (quorum quidem maximus est numerus) in prima pagina ipsoq; operis proœmio, hæc legimus, tenues per se res atque humiles scribendi tamen artificio longè supra veri fidem sustulerunt: quæ tanta cum elegantia dicuntur ut ad eam nihil accedere posse uideatur, sed elegantius quàm fidelius Græca interpretantur: quum Herodianus non dicat altius sublata esse quàm ut fidem ueritatis, siue tanquam uera, impetrare possint: sed supra ipsam sublata esse ueritatem. Itaque aut fidelis interpretis officio hîc non fungitur, aut certè Latinitate abutitur, quū dicit, supra veri fidem sustulerunt: pro supra uerum sustulerunt. Nam illo genere loquendi eo quem dixi modo Latinos uti, atque ut illis maiora fide ueri nonnulla sunt, quæ tamen sunt uera, ita etiam tolli supra ueri fidem ab illis dici quæ tamen supra uerum minimè tollantur, in meo Græcæ linguæ Thesauro docui.

A loco illo ad quendam ueniam, cui illa ipsa uox fides eleganti quidem loquendi genere, sed, propter ambiguitatem, minimè uerborum Græcorum interpretationi apto, adhibetur. Legimus enim pag. 65, huius editionis, Cogitarè institit quo pacto sibi uniuersum Rom. imperium liberisque suis bona fide adiudicaret. Hoc enim quotusquisque de alia bona fide intelligendum putabit, quàm ea quæ iurisconsultis identidem in ore est? Atqui Græca uerba id quod margini adscripsi sonant, Vniuersum Rom. imperium in se suosq; liberos transferre, & firmum ac stabile reddere. Fidelem autem uocare eam interpretationem non possum, quæ bona fide (libet enim illa ipsa uerba usurpare) cum lectore non agit, sed aliud in recessu habet quàm in frõte ostendit.

Quamuis porro exempla me allaturum dixerim locorum quos elegantius quàm fidelius uertit, tamen esse etiam multos in quibus nec elegantia sermonis

studuerit, nec fidi interpretis officio functus fuerit, sed planè (ut eodem quo antea utar uerbo) allucinatus sit, ostendent quæ margini passim sunt adiectæ interpretationes. Sed non idem de illis omnibus dici locus potest. Quidam enim aliquid minus usitatum habent, quod illi occasionem impingendi dedisse uideri queat: at in nonnullis nihil tale perspicimus. Exemplo erit eius interpretatio cuiusdam loci libri quarti. pag. 93, huius editionis, in quo uix dixerim maioremne Herodiano an Marco imperatori iniuriam illa faciat. Hæc enim Herodiani uerba, Μάρκος αὐτὸς φιλοσοφίαν καὶ ὑπεικείαν ἀρεσποιοῦντος, Politianus ita uerterit, Marcus ipse philosophiæ simulator ac mansuetudinis. Atqui nonne lector, qui Græca uerba non intelligens hisce Latinis fidem tribuet, Herodiano contra derogabit? Quam enim laudem Marco libri primi initio, ut notam, testatam & peruiulgatam, dedit, hîc in ijs quæ Antoninum dicentem inducit, in dubium uocari uel potius illi ut indebitam adimi uidemus: quum tamen apud eos loquatur Antoninus qui suam Marco laudem eripi æquo animo minime tulissent. Vnde igitur factum dicemus ut Politianus locum hunc ita uerterit? Ex eo quòd non cogitauit (absit enim ut eum nescisse dicam rem quam Græcæ linguæ multo quàm ille minus periti scire possunt) uerbum ἀρεσποιοῦντος aliud etiam quàm simulare significare: præsertim quum a uisatiuo non infinitiuis est iunctum. Quomodo igitur Latine reddendus locus ille erat? Ita, Marcus ipse qui philosophiam & mansuetudinem sibi uendicabat. uel, sibi assererat. Potest enim quispiam qui aliquid sibi uendicare aut asserere dicitur, id pro suo iure facere, nihilque indebitum arrogare, intelligi.

Subiungam loco illi alium, in quo quum de Antonini cæde agatur, & is minime defensus occubuisse à Politiano dicatur, hæc interpretatio Antonini militibus, præsertimque eius satellitio, perfidiæ notã inurere poterit, apud eos qui Græcam uocem non intelligent, aut non satis attentè uim eius expendent, neque ad præcedentium lectionem progredientur. Verum in rem præsentem ueniendum est. Legimus igitur lib. 4. pag. 105, ἀρεσδοκίως καὶ ἀφυλάκτως ὁ Ἀντωνίνος ἀνέστη: quæ Polit. uertit, de improviso Antoninus minime defensus occubuit. An ex hac interpretatione intelligere poterit lector, neminem prorsus circa se habuisse Antoninum à quo defendi posset? Non certè: sed potius, minime à suis defensum fuisse, quum defendi posset: ut quibusdam alijs imperatoribus accidisse, tum apud hunc historicum tum apud alios legimus. Et tamen non hoc sed illud intelligi uoluit Herodianus, quum dixit ἀφυλάκτως, quod sonat Absque custodia, uel Remotis custodibus. Perinde ac si dixisset, ἔδυνα ἔχων ἢ φυλάκων, uel τῶν σωμαφυλάκων: præter eum quidem certè qui quum ad eum tanquam nutu uocatus accessisset ei pro custode seu satellite interfectore extitit. Dicerem Custodibus destitutus, uel custodia: nisi & hoc ambiguum fore uiderem: quia intelligi posset, suos illum custodes (equites Germanos) perfidè agentes, destituisse. In quo certè maxima illis fieret iniuria: quum legamus eos illum minime tum circumstetisse: sed, simulatque facinus illud conspicati essent, omnem ad persequendum interfectorem contentionem celeritatẽque adhibuisse: & quidem tantam ut missilibus confoderent. Quòd si Antoninum illi Germani equites destituisent, ac minime defendissent, quum tamen possent, tanto maior eorum perfidia fuisset, quo magis fidem illis de salute sua Antoninus habebat, quòque maiore eos amore prosequeretur. Sed tantum abest ut erga uiuentem paria in amore non fecerint, ut etiam multo post eius mortem amoris illius indicia ostenderint.

Alia exempla interpretationum quæ lectorem Græcæ linguæ imperitum, aut certè non satis peritum, in magnum impellere errorem possunt, sparsim in

hac editione uidentia tibi relinquam, conferendo Politiani uerba cum ijs quæ  
 margini adscripsi. Quum autem in eo quem modo examinavi loco ignoratione  
 uocabuli Græci peccatum esse dici non possit, contra sunt alij ubi hoc nemo infi-  
 ciari queat. Atque hoc sunt in numero omnes in quibus ἐπέκεινα legitur. illi enim  
 ubique aliam dedisse quàm suam significationem uidemus. Sic etiam uerbo  
 ἀκρωτηριάζεσθαι quid significaretur, non intellexit. Quum enim Herodianus  
 scribat libro sexto, καὶ ἠκρωτηριάθησαν ἐκ ὀλίγου ἐν διεξιμέρω χρόνῳ, ille uocem  
 hanc Græcam Latina attriti reddit: simul ex duobus membris unum, suo more,  
 faciens. At qui uerbo ἀκρωτηριάζεσθαι non declarari Atteri, sed idem quod ibi in  
 margine dixi, cum aliunde constare potest, tum uerò ex Xenoph. libro septimo De  
 expeditione Cyri: pag. 239 meæ editionis, καὶ τὸ Ἑλλήνων πολλῶν καὶ ῥίγες ἀπεκίοντο καὶ  
 ὄπα. siue ἀπεκίοντο, aut ἀπεκίοντο. tot enim modis locus ille scriptus inueni-  
 tur. Sic etiam putauit uerbum σκύλλειν esse Spoliare (nimirum ad σκύλα respi-  
 ciens) quum sit Vexare, Fatigare. Nam libro septimo, pag. 149, σκύλας δὲ καὶ ὑβεί-  
 στας uertit, Spoliatos omnique ignominia affectos: quum Herodianus non  
 Spoliatos sed Fatigatos intelligat, longo uidelicet illo difficilique, cuius men-  
 tionem fecerat, itinere. Sic idem scriptor libro quarto dicit, ἵνα δὴ μὴ πάντα τὸν  
 στρατὸν σκύλλῃ, intelligens noluisse totum exercitum fatigare eo quod conficiendum  
 erat itinere. (Sed Politianus hîc uerbum illud non interpretatur, sicut nec ea  
 quæ illi adiuncta sunt) Sic etiam Euangelij Marci cap. quinto σκύλλειν illa ipsa  
 de re dicitur: ideoque πῶς ἐπὶ σκύλλεις τὸν διδάσκαλον, aptè redditum iri puto,  
 Quid amplius fatigas magistrum? conficiendo uidelicet hoc itinere. Poterat  
 autem hæc fatigatio esse non ex longitudine itineris, uerùm ex eo quòd inter  
 eundum à turba comprimeretur. Interdum uerò, quum idem uocabulum duas  
 significationes habeat, eam ponit quæ loco minimè conuenit, tanquam alterius  
 nescius, aut certè immemor. Huius rei exēplum attuli iam in uerbo ἀποσκευάζεσθαι:  
 sed recordor et aliud, in uerbo ἀποσκευάζεσθαι. Nam sonat quidem hoc uerbum  
 nonnunquam quod Latini dicunt De medio tollere: sed non semper. Inter-  
 dum enim est tantùm submouere, uel submotum amādare aut ablegare aliquò:  
 ut Cicero Remouere et ablegare coniunxit. Hoc igitur non illo modo ἀπο-  
 σκευάζεσθαι debuit interpretari, pag. 144. Iam uerò et quædam sunt uocabula  
 quæ quem apud Herodianum usum habeant non animaduertens, malè est in-  
 terpretatus. Exemplum habes libro quinto, pag. 111, ubi dicit Herodianus, οἱ δὲ  
 ἐκ μετρίων ἀρχαίων εἰς πῦρ ἐλθόντες. Nam μετρίων ἀρχαίων non modestiam  
 cum Politiano sed mediocres administrationes (id est, quarum mediocris  
 et certis limitibus circumscripta esset potentia) mecum interpretabitur, qui et  
 antithesin quæ ibi est considerabit, et quem passim habeat usum apud Hero-  
 dianum hoc nomen. Nam in illo ipso legitur libro, τῶν ἐν ἀξιώσει ἰνὶ ἢ ἀρχαίων κα-  
 θεστώτων. item, ἀλλ' οἱ τ' ἐπαρχοὶ τῶν στρατοπέδων καὶ οἱ ἐν ταῖς μεγίσταις ἀρχαίαισι.

Nonnulli autem sunt loci in quibus dubites aliāne scripturam sequutus  
 sit, an aliud agens eos ita sit interpretatus: quum non solùm diuersa sed contra-  
 ria etiam alicubi sit eius interpretatio Græcis quæ habemus uerbis: et quidem  
 plerunque talibus ut alia minimè quærenda uideri possint. Sic lib. 7, pag. 151,  
 quum scriptum sit μεσάζουσης ἡμέρας id est, quum iam meridies esset, apud  
 Politianum legitur nocte intēpesta: nimirum perinde ac si non μεσάζουσης  
 ἡμέρας, sed μεσάζουσης νυκτός scriptum esset. Libro item quinto, pag. 125, pro-  
 hisce Græcis uerbis, ὡς τὸ Ἀλεξάνδρου περὶ ἡμέρας μέλλοντος, id est, quasi iam  
 esset moriturus Alexander, legitur apud illū, quasi iam obiisset Alexan-  
 der. His locis addendus est quidā libri tertij, pag. 81: ubi quum et exēplaria unde  
 manauit prima Herodiani editio, exhibuerint hæc scripturam, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐ-

nis, id est, fratrem ipsius: Politianus dicit, pariter cum filiolo quem pepererat. Sunt profecto et alij quidam loci qui his possent adiungi: sed unum addere contentus ero: in quo manifestius ac certius quam in quoquam alio, id quod dixi, esse potest: nimirum Politianum aliud agentem ita interpretatum esse. Is est libro primo, pag. 19, καὶ τὴν δεινὴν τὰς αἰτίας εἰς αὐτὸν ἀναφέρουτες: quæ sonant, & illorum malorum causam in eum conferentes: at eæ, Politianus pro Græcis illis Latina ista nobis dedit, ac totius causam pestilentiae in eum conferentes: quum tamen de pestilentia iam non agatur, sed de fame. Verum quum pestilentiae proximè præcessisset descriptio, inde ad famis descriptionem transisse historicum, illi tum in mentem non ueniebat. sed cum alia ἀμαρτήματα, tum uel maximè μνησθητέα, in magnis præsertim uiris, impetrasse semper ueniam scimus: quod tam multa apud eos resplendeant ut siquid sit tenebricosi, à splendore illo uelut absorbeatur: et qualis in pulchro corpore est naevus, talia esse illa in pulchro opere peccata uideri possint.

Exempla autem eius quod tertio loco proposui (quum dicerem nonnulla non parui apud Herodianum esse momenti, quorum cognitione lectorem interpretatio Politiani fraudasset) non diu quaerenda tibi fuerint, ea quæ margini adscripsi legere uolenti. Partim enim ibi, partim in ijs quæ in ipso textu (ut uulgo loquimur) posui, supplementum illud interpretationis Politiani habes, quod in titulo tibi promisi. Ac certè in ipso textu lubentius id quam in margine multo pluribus in locis dedissem, nisi ad inserenda interpretationi Politiani ea quæ deerant mutandum aliquid in ea fuisset. quod ego facere religioni habebam. Quaedam porro sunt ex ijs quæ in illa sunt omissa, quæ quum prima fronte uideri leuia possint, contra, si attentius ea consideraueris, non parus esse ponderis iudicabis. Quod certè his dici de uerbis potest, libro tertio, γὰρ οὐ σαφρονίστη δέλω. hæc enim à Politiano prætermissa, sonant, quum per matrimonium reddere eum moderatum uellet. siue ad modestiam componere (ut ipse Politianus alicubi uerbum illud reddit) uel, ad bonam frugem adducere. aut, ad sanam mentem reducere. uel, elatiores eius spiritus reprimere. Quum autem primo aspectu dicturus sit aliquis fortasse, nihil istis subesse uerbis quod scire magnopere lectoris intersit, magnam tamen matrimonij laudem completuntur: adeo ut testimonio illorum aptissimè sit usus, quum probare uolet animis hominum illius seculi eandem quam huius ætatis hominibus insitam de matrimonio opinionem fuisse. sed nonnulla etiam inseruisse me Politiani uerbis fateor, quæ tantum ad exprimendam uerborum uim conducunt. Verum alicubi eas quoque adiectiones lectori non contemnendas uisum iri mihi persuadeo. De talibus loquor qualem habes in fine libri quinti. quum enim scripserit Herodianus καὶ πάλιν ὑπὸ τῆ μητρὶ καὶ τῆ μάμμη παιδαγωγούμενον, et Politianus interpretatus sit, atque adhuc auixæ præceptis obtemperantem: ego non solum matris adieci, sed etiam tanquam pædagogorum, alio typorum genere hæc adiecta scribens: hoc modo, atque adhuc matris et auixæ, tanquam pædagogorum, præceptis obtemperantem.

In ijs demum locis aliquid mihi permisi quibus typographici errores, et quidem inueterati, suberant: (ut quæ aliorum typographica inflixerant uulnera, meum sanaret) pro armis, exempli gratia, substituens armillis: et summissis pro summis, et ceream imaginem pro certam imaginem: item pridie pro pridem: nec non deligebat pro diligebat. Alia erant de quibus te monitum uolebam lector, sed quum me charta deficiat, uale.



ἩΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ

HERODIANI HISTO-

Μὲν βασιλείας ἰσο-  
ειῶν βιβλία ὀκτώ.

RIAE DE IMPERIO POST  
Marcum, vel De suis tempori-  
bus, libri VIII. ANGELO  
POLITIANO interprete.

INTERPRE-  
tationis, huius par-  
tim supplementis  
partim examen  
AVTORE  
HEN. STERN.

BIBΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

LIBER PRIMVS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

PROOEMIUM.



Ἰ πλείοσι τῶν παλαιῶν συλκο-  
μῶν ἰσραήλ ἀρχι-  
τέκτων, οἰκῶν τε παλαιῶν  
γεγονότων μνημῶν ἀνα-  
νεώσασθαι ἀποδοσάτων, παρδεί-  
ας κλέος ἀίδιον μνημῶν, ὅπως  
μὴ, σιωπήσαντες, λάθοιεν εἰς τὸν πο-  
λιῶν ὄμιλον ἀριθμῶν, τῆς μὲν  
ἀληθείας ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν ὠλι-  
γόρησαν, οὐχ ἦκιστα ἢ ἐπεμνήθησαν  
φρασίως τε καὶ ὀφωνίας. διαρροῦ-  
τες ὡς εἶπεν καὶ μὴ τῶδες λέγειεν,  
τὸ μὲν ἡδὺ τῆς ἀκροάσεως αὐτοὶ καρ-  
πώσον, τὸ δὲ ἀκρεβές τῆς ἐξέτασεως  
οὐκ ἐλεγχθήσεται. εἰσὶ δὲ οἱ παρὰ  
ἔχθραν ἢ μῖσος τυραννῶν, κολα-  
κίαι τε ἢ πῶν βασιλέων, πόλεως  
τε καὶ ἰδιωτῶν, ἀπελθὲν ἔμικρά ἐρ-  
γα, λόγον ἀρετῆς, δόξην παρέδωκαν  
τῆς ἀληθείας μείζονι. ἐξ ἧς ἰσο-  
εῖαν εὐπαρ' ἄλλων ἀποδέξασθαι  
ἀγασθὸν τε καὶ ἀμαρτυροῦν, ἰσὺ  
νεαρὰ δὲ τῆς ἐν τευξομῶν μνη-  
μῆ, μετὰ πάσης δῆλθους ἀκρεβείας  
ἤθροισα εἰς συγγραφῆν, οὐκ ἀτερπῆ  
τιῶν γὰρ καὶ τοῖς ὑπερον ἔσειδα  
προσδοκίσεως, ἔργον μεγάλων τε  
καὶ πολλῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γνο-  
μῶν. εἰ γοῦν τις παλαιῶν πάντα  
τὸν ἀπὸ τῆς Σεβαστοῦ χρόνον, ἔξ ὧν  
παρ' ἡ Γαμαίων δυναστεία μετέπε-  
σεν εἰς μοναρχίαν, ἢ αἱ βύροι ἐν ἔ-  
παι παρὰ του δακοσίους, μέχρι τῆς  
Μάρκου καρῶν, ἔτε βασιλευσῶν οὐ-  
τως ἐπαμύλοισι δαδοχαί, οὔτε πο-  
λέμων ἐμφυλίων τε καὶ ξένων τυ-  
χῶν ποιήσας, ἐθῶν τε κινήσεως, καὶ  
πόλεων ἀλώσεως, τῶν τε ἐν τῇ ἡμε-  
δαπῇ καὶ ἐν πολλοῖς βαρβαροῖς  
tas gentes, tot vrbes nostras barbarasque expugnat is : prater ea



VI res antiquas po-  
steris prodiderunt, ve-  
teremque historiae me-  
moriā renouare li-  
teris studuerunt, ii magna ex  
parte, dum famā eruditionis affe-  
ctant, nomēnque suum conātur  
ab iniuria obliuionis afferere, mi-  
nus sanè multā in veri peruesti-  
gatione, quā in exornāda com-  
ponendāque oratione industriam  
posuerunt: rati scilicet, neque si-  
quid in rebus à suo seculo remo-  
tissimis falsi proderetur, posse re-  
felli, & se tamen suauitate narra-  
tionis amplissimum laboris inge-  
niique sui fructum percepturos:  
alii verò, priuatis inimicitiiis, ty-  
rannorumque odio prouecti, aut  
in laudes principum, ciuitatum,  
priuatorumque hominum, immo  
dicis assentationibus effusi, tenues  
per se res atque humiles, scriben-  
di tamē artificio λόγῃ \* supra veri-  
fidem sustulerunt. Ego verò con-  
trā, nō quidem acceptam ab aliis,  
aut incognitam aut \* testibus egen-  
tem historiam, sed eorum qui le-  
gent, [sensibus adhuc] memoriae-  
que recentis inhaerentem, summa  
vel fide vel diligentia collectam,  
conscribendam suscepi: sperans  
haud iniucūdam fore posteritati  
earum rerum notitiā, quae multae  
sanè atque magnae haud ita longo  
tempore acciderunt. Nam si quis  
ab Augusto vsque [principē] om-  
nem etatem cōplectatur animo,  
quum scilicet Romanorum po-  
tentia ad vnus est \* arbitrium de-  
uoluta, ne annis quidem illis cir-  
citer ducentis (tot enim fermè ad  
Marci tempora numerantur) aut  
imperatorum tam diuersas succes-  
siones reperiet, aut bellorum vel  
ciuiliū vel externorum tā varios  
casus atque euentus. \* in tot exci-

Plerique eorum  
qui in congeren-  
da historia tem-  
pus atque operā  
posuerunt, & re-  
rū quarundam o-  
lim gestarū mem-  
ren. studuerunt,  
sempiternā erud.  
laudem ambien-  
tes (ne, si tacerēt,  
hoc incautis con-  
tingeret, vt aliqui  
ē vulgo censerēt-  
tur) & veritatem  
quidem in narra-  
dis rebus negle-  
xerunt, non mini-  
mam verò circa  
genus dicendi, &  
vocalitatem, cu-  
ram adhibuerūt.  
Confidebant e-  
nim, etiam si quid  
fabulosi memora-  
rent, eam quae  
auditorum auri-  
bus perciperetur  
voluptatem, fru-  
ctuosam sibi fore:  
quā autem ex-  
actè singula exa-  
minassent, nō in-  
quisitum iri. Sed  
aliter, etiam posse  
verba postrema le-  
gi videntur, vt no-  
tanti eregione.  
Supra verum sust.  
Alio autē sensu di-  
ci, supra veri fi-  
dē, docui in Thes.  
Gr. lin. in Meisov.  
testibus carentem  
dominatum  
For. scripsit Polit.  
non tot.

IN QVOS-  
dam locos an-  
notatiūculā,  
quibus aut re-  
stituūtur aut  
exponuntur,  
AVTORE  
H. STERN.

Sic paulo post  
ἰσραήλ ἢ ἄλλοι  
ἀριθμοὺς γρα-  
φῶν.

Rectè disting.  
post μὴ, quia  
ferunt ad λά-  
θοιεν, non ad  
σιωπ.

si λάθοιεν ἐν  
ἀριθμοῦ μὲν οἱ  
πῶ ἰσραήλ, in-  
telligētia erit.  
Ne, si tacu-  
issent, laterēt  
(id est, ignobi-  
les & obscuri  
essent) qui pro-  
pter qui in vulgo  
numerarētur:  
id est, aliqui ē  
vulgo habere  
zunt.

Alio qui dictū  
erit λάθοιεν  
ἀριθμοῦ με-  
νοι, vt infra.  
Cōmodo qui-  
dam dicit λή-  
σεις ἀπολόμε-  
νος. sed ἀπο-  
λόμενος πα-  
λὲν in aliis edit.  
legitur.

For. τὸ δὲ ἐκ  
ἀκρ.

Δόξην παρὰ  
phrasin rana,  
quae sonat, in  
opinionē ve-  
ro maiorem  
adduxerunt.

Cum πικίλας  
subaud. οὕτω  
expraes.

For. ἀλώσε-  
τεσσάνας  
quod suban-  
diatur & ἐν  
φθοράς: at το-  
σέτους, cum  
σέτμοις.

Vitas q. tyr. & pr. incredibiles, quæ antea vel rarò vel ne vllò quidem modo commemo- ratz fuerunt.

Diuisum enim an- nis sexaginta im- pertum in plures principatus quàm pro illo temporis spatio, res multas variâsque atque adeò admiratio- ne dignas tulit. Quippe &c.

terræmotus, & pestilentias, \*vitas quoque principum & tyrannorū adeò nouas atque inauditas, vt nulla iis apud veteres confimilia exempla, aut certè quampaucis- sima inueniâtur: quorum alii diu- turnam, alii breui potentiam ob- tinuerunt: nonnulli autè, vix dum inito honore, imperatorésque duntaxat appellati, eodem illo quo susceperant die imperium a- miserunt. \*Nam quum sexaginta annis plures quàm pro tempore principes vrbs Roma pertulerit, factum ex eo est vti multæ sanè variæque res atque admiratione dignæ exorirentur. Quippe ætate prouecti principes, vt pote rerum negotiorūque periti, diligētius sese suosque regebant: contra ado- lescentes, molliter atque indulgen- ter habiti, noua scilicet permulta designabant. Quo factum est vt dispari ætate atque licentia, dispa- ria quoque studia morésque se- querentur. Hæc quemadmodum gesta sint, temporum ipsorum at- que principum seruato ordine, perscribemus.

**I**mperator Marcus filias quidē suscepit complures, mares au- tem duos. horum alter, natu mi- nor, adolescentulus admodum fa- to est functus: (Verissimo nomen fuit) alterum verò, Commodum nomine, magna diligentia curâ- que pater educavit, accitis vndi- que viris doctrina claris, maxi- mâque proposita mercede, vti mo- res pro se quisque filii ingeniū- que excolerent. Filias porrò, quū adoleuissent, optimis ex ordine senatorio viris collocavit. Neque enim \*qui longam generis seriem præferrent, aut qui opes nimias ostentarent, sed qui morum pro- bitate, atque modestia, vitæque innocentia præcellerent, eos sibi generos deligendos putabat. Hæc enim \*sola animi bona certa esse stabiliâque ducebat. Virtutē nul- lam nō magnopere exercuit: adeò literarum antiquitatis studiosus, vt nemini sit in eo genere Græco- rum Romanorūque secundus. Argumento sunt permulta quæ ab illo dicta atque conscripta ad nos vsque peruenerunt. Adeò ve-

γῆς τε σεισμοῖς, καὶ αἰέρων φθορῶν, τυραννῶν τε καὶ βασιλέων βίους πα- ραδόξους, ὡσπερὸν ἢ ἀσπινθῶν ἢ μῆτι' ὅλως μνημονοῦθέντας. ὧν οἱ μὲν ὀπιμνικέστερον ἔχον τιτὸ ἀρχῶν, οἱ δὲ πρὸσκαίρον τιτὸ δυναστείαν. εἰσὶ δὲ οἱ μέχρι προσηγορίας καὶ πμῆς ἑφημέρου μόνης ἐλθόντες, ἀδέως κατελύθησαν. μελεθεῖσα γὰρ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ὅν ἔτεσιν ἐξήκοντα εἰς πλείους δυναστείας ἢ ὁ χρόνος ἀ- πήτει, πλὰ καὶ πικίλα λυέσκε καὶ θαύματος ἄξια. οὕτω γὰρ οἱ μὲν τιτὸ ἡλικίαν προεσβύτεροι, τῆ ἐμπειρίᾳ τ' παραμάτων, ὀπιμνικέστερον ἐαυ- τῶν τε καὶ τῶν ὑπηκόων ἤρξαν. οἱ δὲ κομιδῆ νέοι, ῥαθυμότερον βιώσαντες, πολλὰ ἐκαυνοτόμησαν. διὸ ὡρ εἰκό- τως ἐν ἡλικίαις τε καὶ ἰξοισίαις δια- φόροις οὐχ ὅμοια γέγονε τὰ ὀπιτη- δεύματα. ὡς δὲ ἕκαστα τούτων πε- παρακτα, καὶ χρόνους καὶ δυναστείας διηγήσομαι.

Scribo ὀπιμνικέστερον

**Τ**ὸ βασιλεύοντι Μάρκῳ θυγα- τήρες μὲν ἐγένοντο πλείους, ἀρρέ- νες δὲ δύο. τῶν δὲ ἀρρένων τούτων ὁ μὲν ἕτερος, κομιδῆ νέος τὸν βίον με- τίμηκε. (Βηλείσμος δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ) τὸν δὲ προεόντα, Κομιμοδὸν κα- λούμενον, ὁ πατὴρ μετὰ τῆς ἄλλης ὀπιμνικῆς ἀνεδρέψατο, πάντοθεν τοῖς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀπιμνικῶν δοκιμοτά- τος ὀπιμνικῶν σιωπάζεσσι ἐκ δὲ κατὰ προ- νήτοις καλῶν, ὅπως σιωόντες αἰεὶ, παιδύοιεν αὐτὰ τὸν νόον. τὰς τε θυ- γατέρας ἐν ὥρᾳ γημοδρίας ἐξέδοτο ἀνδράσιν τῆς συκλήτου βελήης τοῖς ἀρίστοις, ὅ τοις γῆμοις μακράς διαδο- χῆς ἀπατείδας, ὅδε τοῖς πλείου- ταις ἀειβολεῖς λαμπροῖς, κοσμίους δὲ τ' ἔσπον, ἐ σάφρονας τ' βίον γαμβροῖς αὐτῶν γῆμοις δέλων. ταῦτα γὰρ μόνον ψυχῆς ἰδίᾳ καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτή- ματα. ἀρετῆς δὲ πάσης ἐμνησεν αὐτῶν λόγον τε ἀρχαιότατος τὸν ἑσπεῖος, ὡς μηδενὸς μῆτε Ῥωμαίων μῆτε Ἑλλή- νων ἀπολείπεσθαι. δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἤλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτὰ, ἢ γραφέντα. παρεῖχε δὲ καὶ τοῖς ἀρχο-

For. μὲν μεγα- λος ὀπιμνικῶν frequentius sic μὲν πολλὰς ὀπιμνικῶν.

Lib. 3, sing. v- litar, πλούτε ἀειβολή.

Commodus

Qui longa gen. se- ric patritii essent.

Sola, esse animi proprias, posses- siones, & eiusmo- quæ au ferri nō possent, ducebat.

marci lamb

marcus civis

ἀρχαῖοις ἐαυτὸν ὀπαικῆ καὶ μί-  
 πειον βασιλέα, πῶς τε παροῦντας  
 δεξιούμηνος, κωλύων τε τοὺς παρ' αὐ-  
 τὸν δορυφόροις ἀποσοβεῖν τοὺς ἐπιτυ-  
 χαιόντας· μόνος τε βασιλέων φιλο-  
 σοφίαν οὐ λόγους, οὐδὲ διγμάτων  
 γνώσεις, σεμνῶ δὲ ἠδὲ καὶ βίω σά-  
 φρονι ὀπιεῖσά τε, πολὺ τε πλήθος αἰ-  
 δρῶν σφῶν ἕνεκεν ἢ τῷ ἐκείνου  
 καμρῶν φορέ. φιλεῖ γὰρ πῶς αἰετὸ  
 ἐπὶ κκοον ζήλω τῆς τῆ ἀρχοντος γνώ-  
 μης βιοῦ. ὅσα μὲν οὖν ἐκείνῳ πέ-  
 πορακται αἰδρεῖα καὶ σάφρονα, στρα-  
 τηγικὴν ἢ πολιτικὴν ἀρετὴν ἔχοντα,  
 πρὸς τε πῶς τὰ ἀρκτῶα τῆς γῆς ἔδνη  
 βάρβαρα καὶ πικουῦτας, πρὸς τε τὰς  
 ὑπὸ ταῖς ἀναπλαῖς πικουμῶν  
 τὸν βίον, πολλοῖς καὶ σοφοῖς αἰδρασι  
 συγγέγραπται· ἀ δὲ μετὰ τῷ Μάρ-  
 κου πελθὺ τῷ πῶς πᾶν τὸν ἐμαυ-  
 τῷ βίον εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, ἔστι δὲ  
 ὧν καὶ πείρα μκτέχην, ἐν βασιλικαῖς  
 ἢ δημοσίαις ὑπὸ πρεσβύταις γγρόμηνος,  
 ταῦτα σιωέγραφα.

Γηραδὸν ὄντα Μάρκον, καὶ μὴ  
 μόνον ὑφ' ἡλικίας, ἀλλὰ καμάποις  
 τε καὶ φροντίσι πέρυχαμῶν, ἀραπέ-  
 βοντά τε ἐν Πάισοι, γύσος χαλεπὴ  
 καταλαμβάνει. ἐπεὶ ὅ αὐτῷ ταῖς  
 πρὸς σωτηρίαν ἐλπίδας φάουλως ἔ-  
 χην ὑπὸ πῶθεν, ἐώρεα τε τὸν πᾶν δα-  
 τῆς μειρακίων ἡλικίας ἀρχομῶν  
 ὀπι. βαίνειν δὲ δῶς μὴ νεότης ἀκμά-  
 ζουσα, καὶ ἐν ὀρφανία ἰξοισίαν αὐτο-  
 κρεάπεια καὶ ἀκώλυτον πρὸς λαβῆ-  
 σα, μαθητῶν μὲν καλῶν καὶ ὀπιτη-  
 δευμάτων ἀφηνιάση, μέδους ὅ καὶ  
 κραυπάλαις ὀπιδῶ ἐαυτῷ. ῥᾶσα  
 γὰρ αἰ τῷ νέων ψυχῆ εἰς ἡδονὰς ἰξο-  
 λιοδαμῶσαι, ἀπὸ τῆ παιδείας καλῶν  
 μετὰ χετθονταί. ὅσα δὲ αἰδρα πο-  
 λυῖσθεα, μάλισα ἐπὶ εραπτε μνήμη τῆ  
 ἐν νεότητι βασιλείαν πρὸς λαβόντων  
 τῶτο μὲν, Διονυσίῳ τῷ Σικελιώτου τυ-  
 ράννῃ, ὅς ἀπὸ τῆς ἀγαν ἀκρεαίας,  
 ἡγναὲς ἡδοναὲς ὀπι μεγιστοῖς μεθοῖς  
 ἐθρεῖτο· πῶς ὅ αἰ τῷ Ἀλεξανδρου  
 δαδῶχων εἰς τοὺς ὑπὸ κκοοῖς ὑβρεῖς τε  
 καὶ βία, δι' ὧν τῆ ἐκείνου ἀρχὴν κατήχουαν. Πτολεμαῖος μὲν, καὶ μέχρις  
 α.ii.

rò civilem sese & commodum  
 omnibus principem præstabat,  
 vt adeutum cuius dexterâ [pla-  
 cidè] daret, neminemq; à suis cu-  
 stodibus prohiberi aditu patere-  
 tur: solusque imperatorum sapien-  
 tiæ studium non verbis aut de-  
 cretorum scientia, sed gravitate  
 morum, vitæque cōtinētia \*vsur-  
 pavit. Quo factum est vt magnum  
 sapientium virorum prouentum  
 ætas illa extulerit. Solent enim  
 \*plerunque homines vitam prin-  
 cipis æmulari. \*Quæcunque igitur  
 ab illo modeste atque fortiter  
 domi forisq; sunt gesta, qualém-  
 que porro se aduersus barbaras  
 nationes, septentrioni subiectas  
 solique orienti, gesserit, ea sunt  
 multorū doctissimorumque ho-  
 minum comprehensa monimen-  
 tis: quæ verò post Marci obitum  
 per vniuersam ætatem visa mihi  
 auditæque sunt, nonnulla item in  
 experiundo cognita, vtpote in pu-  
 blicis officiis principalibusque  
 versato, ea nunc conscribenda  
 suscepi.

Senem iam Marcum, neque æ-  
 tate solùm sed laboribus multis  
 curisq; confectum, dum in Pan-  
 noniis ageret, \*grauissimus repē-  
 tē perculit morbus. Quare quum  
 deploratam planè salutem suam  
 sentiret, anxius videlicet agebat  
 ne filius qui tum primam inierat  
 adolescentiam, siue ætatis feruore  
 nimio, siue licentia quadam sum-  
 ma, quam in orbitate esset habitu-  
 rus, bonis artibus studiisque \*re-  
 lictis, ebrietati sese & crapulæ de-  
 deret. Quippe facile ingenia ado-  
 lescentium à recta honestâque di-  
 sciplina ad luxum voluptatésque  
 delabuntur. Terrebat insuper ho-  
 minem \*minimè imperitū, mul-  
 torum memoria principum, qui  
 iuuenes imperium suscepissent, vt  
 Dionysii Sicilia tyranni, cuius tā-  
 ta fuit intemperantia victus vt no-  
 uarum voluptatū inuētores sum-  
 mis afficeret præmiis: vt item eo-  
 rum qui Alexandro successerunt,  
 ita enim contumeliosè violentér-  
 que dominati sunt, vt illius impe-  
 rio graue dedecus conciliarint.  
 Siquidem Ptolemaus eò turpi-

Sanciuit. vel, con-  
firmavit.

semper hom. +

Quæc. g. ab illo  
fortiter & mode-  
rate gesta sunt,  
(quibus impera-  
toria aut civilis  
inest virtus) tam  
aduersus eos qui  
septentrionales  
terræ partes inco-  
lunt, quam eos  
qui sub oriente de-  
gunt barbaros, ea  
iunt mult. etc. ne  
israelici et legunt  
τὰ ἀρκτῶα τῆ γῆς  
μὲν βαρβάρους  
κατοικούντας.

Sed vni. illas res  
gestas ab his sepa-  
ras: quasi legere-  
tur, ἢ εἰσα πορῶς  
τε τοὺς τὰ ἀρκτῶα.

gravis. inuadit.  
morbus.

marcus aeger  
filij prouidens

Reiectis, aut re-  
pulsis vel, excussis  
vt equis frana ex-  
cutit.

Multarum rerum  
peritum. vel mul-  
tarum historiarū  
per. seu, multum  
in histor. uersa-  
tum. dionys. tyran.

ptolemaus

Delectione hu-  
ius loci vide  
annot. ex ad-  
uerso.

Dicitur potius  
διὰ τῶν ποιη-  
τῶν.

Aut deest ali-  
quod uerbum  
ante δεδῶς  
aut scribendum  
δεδῶς.

Proprie, hon-  
estitas disci-  
plinas, vt e-  
quus franū,  
reiceret.

For. οἷα ὅ αἰ-  
δεα πολ. vel,  
καὶ, οἷα δὲ  
αἰδρα. vel, καὶ  
μὲν καὶ, οἷα  
δὲ etc.

Ex vet. addi-  
di κενῶς.

For. μέχρις τῶ  
τῆς ἰδίας ἀ-  
δὲ φ. ἔρ.

Antigonus

Nero.

Domitianus

tudinis prolapsus est ut contra Macedonum atque adeo Græcorum omnium leges, etiã sororiis amoribus implicarerur. Antigonus autem, quò Liberum patrem *per omnia* repræsenteret, pro caufia & diademate Macedonico, hederã capiti circumdare, thyrsũmque pro fceptro gestare est solitus. Solicitabant animum senis recentia quoque exempla, ut Neronis ipsius, qui ne à materna quidem cæde abstinuerit, & se ridiculum populo spectaculum præbuerit: ut item Domitiani, qui nihil sibi ad extremã crudelitatem reliqui fecerit. Has igitur tyrannidum imagines \*cum animo volutans, inter spẽ metũmque agitabatur. Terrebat præterea illum \*Germaniẽ vicina gens, quã nondum planè subiecerat, sed partim in societatem adsciuerat, alios armis bellõque edomuerat. nonnulli etiam ex iis effugerant, metũque principis impræsens continebantur. Quare dubitabat ne

Sibi repræsenti, uel, Sibi ante oculos ponens. q. d. animo figurans. Intel. Germaniẽ gens, quẽ vicina erat. In seq. quam nondum totam subiugauerat.

Desp. mox adolescentis ætate, arma in eum sumerent. uel, eum inuaderent.

Dolere vos atque angì, quum ita me affectum contemplantini, minimè mirandum. Quippe humanum est humanis casibus ingemiscere: multõque magis misericordiam prouocant quæ oculis vsurpamus. \*Cæterũm peculiaris vobiscum nostra ratio est. nam de mei erga vos animi cõscientia mutam spero à vobis quasi meo iure beneuolẽciam. Nunc autem illud incidit, quum & mihi sit iudicium faciendum, frustrãne vobis honorem tam diu habuerim, studiũmque omne meum lubens detulerim: & vobis, referenda gratia ostendendum, non esse eorum quæ acceperitis immemores. Videtis filiũ, quẽ ipsimet educaftis,

margorati

Sed me aliquid etiam amplius à vobis habere existimo.

ἀδελφῆς ἰδίᾳς ἔρωτος παρὰ τῆς ἑτέρας, ὅτι τε τοῖς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμοις Ἀντίγονος ὁ Διόνυσον πάντα μιμούμενος, καὶ κισσὸν μὲν περὶ τῆς κεφαλῆς αὐτὴν καύσας καὶ δαδῆματος Μακεδονικοῦ, δύρον δὲ αὐτὴν σκήπτρου φέρων. ἔπειθ' ἑμᾶλλον αὐτὸν ἐλύπει τὰ μὴ πολλοῦ, ἀλλ' ὑπόγυον ἔχοντα πτωχὸν μὴ μὴ τὰ τε Νέρωνι περὶ τῆς γένεσιν, (ὅς ἐχώρησε μέχρι μὴρῶν φόνος, παρεῖχε τε τοῖς δήμοις ἐαυτὸν καταγέλασον θέαμα) τὰ τε Δομιτιανῶν τε πολυμηδία, τὴν ἐλάττης ὠμότητος ἔδεν ἀπολείποντα. τοιαύτας δὲ τυραννίδος εἰκόνας ὑποτυπούμενος, ἐδέδκει τε καὶ ἤλπισεν. οὐ μετρίως δ' αὐτὸν ἐτάραττον καὶ οἱ Γερμανοὶ γένωντες, οἷς οὐδέπω πάντα ἐκεχειρωτο, ἀλλὰ τοῖς μὲν περὶ τοῖς συμμάχων παρρησίᾳ, τῶν δὲ καὶ κρατήσας ἡμῶν τοῖς ὅπλοις ἦσαν δέπνες οἱ διαδραπέτες, πρὸς τὸ παρὸν ἀνακεχωρήκεσαν, δέει τῆς παρουσίας τοιοῦτου βασιλέως. ὑπώπιδεν οὖν μὴ τῆς ἡλικίας τῆς μειρακίου καταφρονήσαντες, ὅτι τῶν αὐτῶν ἔρα γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ὅτι ταῖς τυχοῦσιν ἀφορμαῖς ῥᾶστα κινεῖσθαι. κυμαίνουσαν ἔχον ποσάυτας φρονήσι τὴν ψυχῶν, συγκαλέσας τὰς φίλους, ὅσοι τε παρήσαν τῶν συγγενῶν, καὶ τὸν παῖδα παρρησιάζοντες, ἐπειδὴ πάντες σωῆστον, ἡσυχίᾳ τὴν σκίμπος κουφίστας ἐαυτὸν, τοιαύτω λόγῳ ἤρξατο,

Vel deest, uel relictum fuit subaudiendũ particip. γυρόμενος seu γυρόντα, aut συμβάιντα, uel aliud huiusmodi.

Pol. uertit quia si legerit πολὺν ὅτι τῶν αὐτῶν.

For. οὕτω διακείμενον. Est autem ἐφ' οἷς ὁρατέμα, id est quod ὅτι τῶν ὁρᾶν με.

Ἀχθεᾶς μὲν ὑμᾶς ἐφ' οἷς ὁρατέμα δακρυόμενος, θαυμαστὸν ἔδεν. φύσιν τε γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν ἐν τῶν ὁμοφύλων συμφοραῖς τὰ τε δὲ γὰρ ὑπὸ ὄψιν πεσόντα, οἶκτον παρρησιάζοντα μεῖζονα. ἐμοὶ δέπτι καὶ πλέον ὑπάρχιν παρ' ὑμῶν οἶομαι. ἐπὶ γὰρ ὧν αὐτὸς διακείμενος πρὸς ὑμᾶς, ἀμοιβάσαν βύνοισαν εἰκότως ἤλπιξα. νῦν δὲ καμρὸς βύκαμος ἐμοὶ τε αἰδέσθαι μὴ μάτιω πρὸς ὑμᾶς ποσούτου χόνα ὑμῶν τε ἑ ἀπουδῶν καταπεθεῖσθαι, ὑμῖν τε ἀποδοῦναι χεῖρα, δείξασιν ὅτι ὑπὸ ὧν ἐτύχετε, ἢ ἀμνημονεῖτε. ὁρατέμα δὲ μοι τὸ ὄν, ὃν αὐτοῖς ἀνέθερα ἴσατε,

Recte Pol. ἤλπιξα uertit Spero. nam praef. temp. significat. huiusmodi dare solet Herod. ut qui dicit se spem concepit, hoc praes. spem tamen presentem significat.

Sic infra καμρὸν ὑμῶν ἔχοντες. Alibi uero καμρὸν ὅτι τῶν αὐτῶν dicit.

Pro ὅτι ὑπὸ τῶν scribo ὅτι τῶν αὐτῶν



ἀπὸ τῆς μειρακίῳν ἡλικίας ὀπιθεῖται  
 νοντα, καὶ δειρόμην, ὡς τῶν ἐν χιμῶνι  
 καὶ ζάλη, τῶν κυβερνησόντων, μὴ ποι  
 φερόμενος ὑπὸ ἀτελοῦς τῆς τῶν δειρό-  
 των ἐμπειρίας, εἰς φαῦλα ὀπιθηδύ-  
 ματα πρὸς ὁρραχθῆ. χυμέα δὲ οὐ  
 αὐτὰ ὑμεῖς αὐθ' ἐνός ἐμοῦ πατέρες  
 πολλοί, ἀειπόντες τε καὶ τὰ ἄριστα  
 συμβουλεύοντες. οὔτε γὰρ χημάτων  
 πλῆθος οὐδὲν αὐταρκές πρὸς τυραν-  
 νίδος ἀκρῶσιαν, οὔτε δορυφόρων  
 φρουρὰ ἰκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα,  
 εἰ μὴ πρὸς ὑπάρχον ἢ τῶν ὑπηκόων δὴ-  
 νοια. μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἄρχῆς  
 μῆκος ἀκινδυνῶς ἤλασαν, ὅσοι μὴ  
 φόβον ἔξ ὠμότητος, \* πόθον ἔτι τῆς αἰ-  
 τῶν χησότητος ταῖς τῶν ἄρχοντων  
 ψυχαῖς ἐπέσασσαν. οὐ γὰρ οἱ ἔξ ἀνάγκης  
 δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῖς  
 ὑπακούοντες, αὐτοποπι, ἔξω κο-  
 λακείας πρὸς πειθῆτος δρώντες τε καὶ  
 πείθοντες διατελοῦσιν \* οὐδέ ποτε ἀ-  
 φηνιάζουσιν, ὡς μὴ βία καὶ ὕβρις  
 ὅτι τούτῳ ἀχθῶσι χαλεπὸν δὲ με-  
 τρησά τε καὶ ὄρον ὀπιθεῖναι ὀπιθυ-  
 μίας, ὑπὸ ἡρεπύσης ἔξοσίας. τοιαῦτα  
 δὲ συμβουλεύοντες αὐτὰ, καὶ ἂν ἀ-  
 κούει παρῶν ὑπομνησκόντες, ὑμῖν  
 τε αὐτοῖς καὶ πᾶσιν ἄριστον ἀποδείξε-  
 τε βασιλέα, τῆ τε ἐμῆ μνήμη χειρῆ-  
 δετὰ μέγιστα οὕτω τεμόνως αἰδίου  
 αὐτῶν ποιῆσαι δυνήσεσθε.

Τοσαῦτα εἰπόντα ὁ Μάρκον ὀπι-  
 πεσῶσα λειποθυμία κατεσάρασεν  
 ὑπὸ δὲ ἀδενείας καὶ ἀθυμίας, αὐ-  
 δις ὑπίαζεν. οἶκτος δὲ πάντας ἕαμε  
 βανε τοῖς παρόντας, ὡς μηδὲ κατε-  
 χόντας πινὰς αὐτῶν εἰς οἰμωγῶν ἀ-  
 ναβοῆσαι, ὁ μὲν οὐ, νυκτός τε καὶ  
 ἡμέρας ὀπιθεῖσας μίας, ἀνεπαύ-  
 σατο, πόθον τε τοῖς κατ' αὐτὸν ἀθρώ-  
 ποῖς εἰκαταλιπὼν, ἄρετῆς αἰδίου  
 μνήμῳ εἰς τὸν ἐσόμενον αἰῶνα.

Τελυθίσαντος δὲ Μάρκου, ἐ-  
 πειδὴ διεφοίτησεν ἡ φήμη, πᾶν τε τὸ  
 παρὸν στρατωπικὸν καὶ τὸ δημῶ-  
 δες πλῆθος ὁμοίως πένθει κατείχε-  
 το \* οὐδὲ πῖς ὡς ἀνθρώπων τῶν ὑπὸ  
 τῶν Ρωμαίων ἄρχῶν, ὅς ἀδακρυπῆ

primas nunc adolescentiæ metas  
 ingrediētem, quasiq; in salo at-  
 que in fluctu vitæ, gubernatori-  
 bus indigentem, \* ne rerum im-  
 peritia de recto quasi cursu abla-  
 tus, malis artibus impingat. esse  
 igitur vos illi pro me vno multi  
 parentes, excolendo scilicet atq;  
 optima suggerendo. Neque enim  
 aut pecuniæ vis tyrannidis luxu-  
 riam explere, aut stipantia satelli-  
 tum agmina tueri principem pos-  
 sunt, \* nisi illi ipsi quos regas, ani-  
 mum imperanti benevolentiam  
 que accommodent. Quippe ii  
 demum diu tutoque imperant,  
 qui non metum ex crudelitate,  
 \* sed amorem ex bonitate ci-  
 uium suorum animis instillant.  
 Neque enim quos seruire neces-  
 sitas coegit, sed quos obtempera-  
 re sua quæque voluntas adegit,  
 ii sunt in agendo patiendoque à  
 suspitione omni assentationeque  
 vacui: nunquamque imperia de-  
 tractant, \* nisi violenter contume-  
 lioseque sint habiti. \* Est autem  
 difficile in maxima licentia mo-  
 derari sibi, quasiq; frænos impo-  
 nere cupiditatib'. \* Quod si bene  
 viuēdi autores illi fueritis, & quæ  
 nunc coram audit, identidem ad-  
 monueritis, vna opera & ipsum  
 vobis reliquisque omnibus opti-  
 mum principem reddetis, & me-  
 moriam nostram demerebimini:  
 quam scilicet immortalem hac  
 vna ratione poteritis efficere.

Talia dicentem Marcum ita  
 repentē animus defecit vt statim  
 conticesceret, ac languore nimio  
 \*supinus in lectulum relaberetur.  
 Tanta autem quicunque aderant  
 miseratio inuasit, vt ex iis non-  
 nulli præ dolore parum animi  
 compotes clamorem extollerēt.  
 Sed ille quum diem vnum dunta-  
 xat noctemque superuixisset, fa-  
 to est functus: sic vt magnum sui  
 desiderium eius ætatis mortali-  
 bus, posteris verò, etiam virtutis  
 memoriam reliquerit sempiter-  
 nam.

Postquam verò illius mortem  
 fama vulgavit, incredibilis re-  
 pentē exercitum ipsum plebēm-  
 que adeò omnem luctus occupa-  
 uit. Neque vlli sanè Romanæ di-  
 tionis mortales fuerunt, qui non

Ne eorum quæ  
 officij sui sunt im-  
 peritia.

Nisi eorum qui-  
 bus imperat, pri-  
 adsit beneuolen-  
 tia.

Sed sui desiderium  
 ex bon.

Vide annot. quæ  
 est eregione.

Est autem diff.  
 quum quis potē-  
 tiā sibi ministrā  
 habet, mod.

Quod hæc illi cō-  
 sulueritis, & quæ  
 nunc &c.

Supinus decumbē-  
 beret. Tan.

marci mortem  
 omnes luctum

scribo, ἢ ἀρ.

Vt πόθον hic  
 vertit Polit. a-  
 morem, sic  
 infra ἐπόθου  
 amabant, de  
 Cōmodo. utro-  
 bique autem  
 ab illis dissen-  
 tio. Sed idem  
 ἐν τῆς αὐτῶν  
 χησ. legit. in  
 quo illi assen-  
 tior.

Rectè οὐδὲ  
 ποτε disjunctè  
 pro Neque  
 vnquam.  
 Leg. ὅτι τῶ  
 uide licet τὸ  
 ἀφηνιάζειν.  
 nisi (inquit)  
 violētia & in-  
 iuria ad hoc  
 adducatur. ni-  
 mirum patien-  
 tia sepius læ-  
 sa, in furorem  
 tandem con-  
 uersa.

Non plura lo-  
 quuntur Mar-  
 cū &c. ac Po-  
 lit. uertit quasi  
 esset τοιαῦτα.  
 Pro μέχρει  
 εἰς οἰμωγῶν.  
 nisi ita scripsit.

Scribo, ἢ ἀρ.

eiuscemodi nuntium multis lacry-  
mis exceperint: omnesque eum  
velut vna voce, alii parētem pro-  
bum, alii bonum imperatorem,  
quidam fortissimum ducem, nō-  
nulli etiam continentem mode-  
ratumq; principē vocitabāt. neq;  
sanē quisquam falsus habebatur.

*Paucis autē die-  
bus elapsis, per  
quos filium in pa-  
ren ā do patri oc-  
cup tabant: visum  
am.  
(qui imperio suc-  
cede nōtibus mos  
est) pec. magnifi-  
cē elargiendis,*

Paucis autem post diebus, cele-  
brato iam funere, visum amicis  
est adolescentem adducere ad  
exercitum, vt & milites alloque-  
retur, & (\* qui nouis imperatori-  
bus mos est) pecuniis elargiēdis,  
[velut autoramento quodam] il-  
lorum sibi animos adiungeret.  
Edictum itaque omnibus vt in  
campū de more adessent frequen-  
tes. Quum itaque processisset Cō-  
modus, ac rem diuinam fecisset,  
erectūque ad hoc ipsum me-  
diis castris tribunal cōscendisset,  
paternis amicis, ( qui multi sanē  
doctissimique viri aderant, ) cir-  
cūstantibus, ad hunc fermē mo-  
dum verba fecit,

*Commodj oratio*

*Neque minori  
quām me tristi-  
tia aff. esse.*

Communem mihi esse vobif-  
cum huius mœrorem calamita-  
tis, \*neque vos aliter quām me  
ipsum affectos esse, planissimē  
persuasum habeo. Neque enim  
ego superstitute parente ipso meo,  
superiorem me vobis vnquam  
gessi. Nam ille ita nos vniuersos,  
vt vnum aliquem, diligebat, lu-  
bētiusque me cōmilitonē quām  
filium vocitabat: quippe hanc, na-  
turæ appellationem, illam verō,  
virtutis communicationem exi-  
stimabat. Quin infantem sæpe  
me in vlnis gestans, vobis dabat  
in manus, quasque vestræ man-  
dabat fidei. \*Quapropter minimē  
dubito quin mihi omnem sitis  
benevolentiam exhibitari: quum  
pro alumno me maiores natu ha-  
bere debeant: ipsos autē æqua-  
les, condiscipulos armorum iure  
appellauerim. siquidem ita nos  
vniuersos vt vnum aliquem pater  
diligebat, omnique virtutum stu-  
dio ac bonis artibus curabat in-  
stituendos. Nunc me post illum  
vobis fortuna principem dedit,  
non quidem ascititium, quales  
ante me fuerunt, neque velut ac-  
quisito imperio gloriātē. Quippe  
vnus ego vobis natus educatūf-  
que in aula, priuatūfque intactum

*Quapropter om-  
nem à vobis be-  
nevolentiam me  
consequaturum  
spero: quum ma-  
iores natu hæc,  
vt alumno, offi-  
cia debeant.*

ἑαυτῷ ἀγγελίαν ἐδέχτο· πάντες δὲ  
ὡς ἑὸν ἐκ μιᾶς φωνῆς, οἱ μὲν, πατέρες  
χρησόν, οἱ δὲ, ἀγαθὸν βασιλέα, γυ-  
ναῖον δὲ ἕτεροι στρατηγόν, οἱ δὲ, σὺν φρο-  
να ἔκ κόσμιον ἀρχὴν αἰεκέλευον.  
καὶ οὐδεὶς ἐψεύδετο.

Ολίγον ὃ διελθουσῶν ἡμερῶν,  
ἐν ὅσῳ περὶ τῷ κηδεῖν τῷ πατρὸς  
τὴν υἱὸν ἀπηχέλου, ἔδειξε τοῖς φί-  
λοις πρὸς ἀγαθὴν τὴν μετῴμιον εἰς  
τὸ στρατόπεδον ὡς δεξιὰ λείπει τῶν  
στρατιώταις, καὶ χιτῶνα δαρησα-  
μόνον, (ὡς ἔθος ἔστι τοῖς βασιλέων δε-  
δεχιδόμοις) μεγαλοφρονι ὀπιδοσὶ  
οἰκωσῆται τὸ στρατεύμα. παρηγέ-  
θη τε δὴ πᾶσιν ἐλθῆν εἰς τὴν εἰωθὸς πε-  
δίον αὐτοῦ ὑποδέχεσθαι. πρὸς ἐλθὼν  
δὲ ὁ Κόμμοδος, τὰς τε βασιλείους  
δισίας ἐπέτελει, καὶ βήματος αὐτῷ  
εἰς ὑψὸς ἀρδέντος ἐν μέσῳ τῶν στρατο-  
πέδῳ, ἀιελθὼν ἐπὶ αὐτὸ, καὶ πρὸς  
ἐπιστάμον τοῖς παρῴμοις φίλοις (πολ-  
λοὶ δὲ καὶ λόγοι παρῆσαν αὐτῷ) ἔ-  
λεξε τοιαύτως,

*Sic ras. qm  
hanc proxi-  
mè seq. μεγα-  
λόφροσι δω-  
ρα αἰς χρημ. οἰ-  
κωσῆται τοῖς  
στρατ. vbi mē-  
de annos.*

Κοινῶν εἶναι μοι πρὸς ὑμᾶς τῷ  
ὅτι τοῖς καταλαβοῖσιν ἀληθῶνα, καὶ  
μηδὲν ἢ ἡπὶον ὑμᾶς ἐμοῦ δυσφορεῖν,  
ἐμαυτὸν ἀκριβῶς πέπεικα. οὐδὲ γὰρ  
πρὸς ὑμῶν μοι τὸ πατρὸς, πλεονεκτεῖν  
ὑμῶν ἠξίω. ὁ κείνος γὰρ πάντας ἡ-  
μᾶς ὡς ἓνα ἠγάπα. ἔχαιρεν οὐ μόνον  
λοῦν συστραπῶν με ἢ υἱὸν καλῶν  
τῷ μὲν γὰρ, πρὸς ἡγεῖαν ἠγάπητο φύ-  
σεως, τῷ δὲ, ἀρετῆς κοινωνίαν. φέ-  
ρων τὴν με πλάκας νῆπιον ὄντα, τῆς  
ὑμετέραις ἐνεχείρισε πίστεσι. διὸ πρὸς  
καὶ ῥᾶτα πάσης ἀνοσίας μεδέξων  
πρὸς ὑμῶν ἠλπίκα· τῷ μὲν πρὸς βυ-  
τέρων ἔσθῃ μοι ταῦτα ὀφειλόντων·  
τοῖς δὲ ἠλικιώταις, εἰκότως αἰετὸ συμ-  
φοιτηταί τῷ ἐν ὄπλοις ἔργον ἀποκα-  
λοῖω. πάντας γὰρ ὑμᾶς ὡς ἓνα ὁ πα-  
τὴρ ἐφίλει τε καὶ πᾶσαν ἀρετῶν ἐ-  
παίδευεν. ἔδωκε δὲ μετ' ὀκείνον ἐμὲ  
βασιλέα ἢ τύχη, οὐκ ἐπίστακτον,  
ὡς πρὸς οἱ πρὸ ἐμοῦ, πρὸς σκῆπτρῳ  
μνησάμενον ἀρχῆν, ἀλλὰ μόνος τε ὑ-  
μῖν ἔργον ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεκνή-  
θην, καὶ μὴ πειραθέντα με ἰδιωπ-

*Deesse puto  
οὐδὲ uel καὶ  
ante πρὸς πρῶτον.*

*καὶ ἄν*

κῶν ἀπαργαίων, ἄμα τῷ τῆς γαστρὸς ὡς  
 ἀπορθεῖν, ἢ βασιλεὺς ὑπέδραστο  
 πορφυεῖς ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἡλίου ἀν  
 θρωπον καὶ βασιλέα. εἰκότως ἀν οὐ  
 ταῦτα λογιζόμενοι, σέργουτε ἔδιδόντα  
 ὑμῖν διὰ γνηθέντα αὐτοκράτορα.  
 ὁ μὲν γὰρ πατὴρ εἰς οὐρανὸν ἀναπλά,  
 ἐπαδὸς ἦδη καὶ σὺν δρόσ ὅτι θεῶν  
 ἡμῖν ὄχη μέλειν τῶν ἐν ἀνθρώποις,  
 καὶ τὰ ὅπῃ γῆς διοικεῖν. καπορθοῦ  
 δὲ αὐτὰ καὶ βεβαμοῦ, ὑμέτερον ἔρ  
 ζον, εἰ τὰ τε τῷ πολέμου λείψανα  
 μετὰ πάσης ἀνδρείας ἀπαλείψοιτε,  
 καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μέχρῃς  
 ὠκεανὸς ἀφ᾽ ἀλάροτε. ὑμῖν τε γὰρ ταῦτα  
 δόξαν οἴσῃ, καὶ τὴν τῷ κοινῷ πατρὸς  
 μνήμῃν χείρισιν ἀξίαις οὕτως ἀμεί  
 ψαδε ὄν ἐπακούειν τε τῷ λεγομένων,  
 καὶ τὰ πρὸς τὴν εὐφροσύνην ἡγεῖσθε.  
 ἔδαμονοίημεν δὲ αὐτὰ δέοντα πρὸς  
 ποντες ὑπὸ τοιούτῳ μάρτυρι. καὶ  
 τὰ μὲν πρὸς ὑμῖν ἀνδρείως κα  
 πορθώδεντα, εἰς τὴν ὀκείνου σοφίαν  
 τε καὶ στρατηγίαν τὴν ἀλαφορὰν ἔχιν  
 ὅσα δὲ αὐτῶν ἐμοὶ, βασιλεῖ νέω, πρὸς  
 θυμῶς ὅτι δειξήσθε, τούτων τὴν δό  
 ξαν πίστεως τε ἀγαθῆς καὶ ἀνδρείας  
 ἀπίσσεθε. τό, τε ἐν ἡμῖν νέον σεμνότη  
 τος πληρώσετε τῆ τῷ ὑμετέρων ἔργον  
 ἀνδραγαθία. τό, τε βαρβαρον ἀνδρῶν  
 νέας ἡγεμονίας κωλυθῆν, οὔτε εἰς τὸ  
 παρὸν καταταρήσῃ, τῷ ἡλικίας κα  
 ταφρονῆσαν, τὰ τε μέλλοντα φοβήσε  
 ται, δέει τῶν πεπειραμένων.

cunabulis, statim me, vt ex aluo  
τῷ δὲ ἐμφυλίων πόλεμον Σύλλα τε καὶ Μαρίου, ἔπειτα τοῦτοῦ Ἰουλίου καί ὁδρος καὶ Γομπηίου Μάγος διαφθειραίων αὐτοῖς τὸ πολίτευμα, τῆς ἀριστοκρατίας ἀφέμενοι, μόνον Οὐκταβιανὸν εἰλοντο, καὶ τῆς τύπου γάμῃ πῶς πᾶσαι διοίκησιν ὀπιτρέψαντες, ἔλαθον ἑαυτοῖς κῆρον ἀιάρριψαντες ὅτι τῆς πάντων ἀνθρώπων ἐλπίσι, καὶ ἐνὸς ἀνδρὸς ὀρμῆ τε καὶ ἐξοισία τοσαύτης ἀρχῆς καταπισεύσαντες κίνδυνον. εἴτε γὰρ ὀρθῶς καὶ δικαίως ἔλοιτο μεταχειρίζεσθαι πῶς ἀρχαῖον, οὐκ αὖ ἀρκέσοι πᾶσι καὶ τὸ δέον προσενεχθῆναι, τοῖς πρῶτάτω που διακειμένοις ὀπικουρήσῃ μὴ δυναίμενος ἐξ ἐπίμου· ἀλλ' ἔτε ἀρχοντας τοσούτοις δῦρεῖν, αἱ σφῆλαι πῶς ἐπ' αὐτοῖς οὐκ αἰχμηθήσονται ψῆφον, οὔτε ἄλλως ἡθῶν τοσούτων ἀρμόσῃ διαφθορῆς· εἴτε διαφθειρών τῆς βασιλείας τοῖς ὄροις, εἰς τυραννίδα ἐξενεχθῆῃ, σιωταρχῶν μὲν ταῖς ἀρχαῖς, πειρορῶν δὲ τὰ πλημμελήματα, χρημάτων δὲ τὸ δίκαιον ἀλλαπτόμενος, οἰκέτας δὲ τοῖς ἀρχομένοις ἡγούμενος· (ὁποῖοι τῷ ἀυτοκράτορων οἱ πλείοις, μάλλον δὲ πάντες σχεδὸν, πλὴν ὀλίγων, γέγονασιν.) τότε δὴ πᾶσα ἀνάγκη κοινὸν εἶναι δυστύχημα πῶς τοῦ κρατιῶτος ἄλορον ἐξοισίαν. οἴτε γὰρ κόλακες, πρῶτα τοῦτου δωρεῶν καὶ τιμῶν ἀξιούμενοι, τῷ μεγίστων ἀρχῶν ὀπιθαίνουσι, οἴτε ὀπιθεικῆς καὶ ἀπειρομαχονες μὴ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις αἰρούμενοι βίον, εἰκότως σχετλιάζουσι, οὐ τῷ αὐτῶν ἀπολαύοντες. ὥστε ἐκ τύπου ταῖς μὲν πόλεις σάσεων πληροῦσαι καὶ τὰ εραχῶν, τὰ δὲ πολιτικὰ καὶ στρατιωτικὰ κέρδοις ἤπασιν ἀρχοῖσιν ἐκδιδόμενα, καὶ τὸν ἐν εἰρῶν βίον λυπηρὸν καὶ ὀδυνηρὸν τοῖς χαλεπότεροις ποιεῖν, καὶ τῷ στρατιωτῶν πῶς ἐν τοῖς πόλεμοις προσθυμίαν ἐκλύειν.

Καὶ ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, αὐτὴ σαφῶς ἔδειξε τῷ ἐκβεβηκότων ἡπίερα, καὶ τὰ ἄδύς συμπόντα κατὰ πῶς Οὐκταβιανοῦ βασιλείαν. ἤτε γὰρ παντόμορος ὀρχοῖσιν ἐν ἐκείνοις εἰσήχηται πῶς χρόνοις, οὐπω πρῶτον οὔσα, Γυλάδου καὶ Βαθύλλου πρῶτον αὐτῶν μετελθόντων· καὶ πρῶτον γὰρ ἔπειρα, πολλὰ ἀπαιτηθέντα μέχρι τοῦδε κακῶν. Οὐκταβιανοῦ



Scribo ἔχρατον  
ὠμότητος, vel  
ἔχρατιν ὠ-  
μότητα.

τῷ Στωϊκοῦ συμβουλαῖς ἐπέσθη, Τιβέριος  
ὁ πατρὸς τούτου δεξιόμενος πλὴν ἀρχῆν,  
εἰς ἔχρατιν ὠμότητος ἐκτραπείς, ἀφόρη-  
τὸς τε δόξας εἶ) τοῖς ὑποηκούοις, ἀπεδιώκε-  
το, καὶ ἐν Ἰνι νήσῳ κρυπτόμενος ἐτελεύτησε.  
Γάϊος ὁ Καλιγούλα πᾶσι τοῖς ἀποπήμασι  
τούτων ὑπερβαλλόμενος ἀνέστη, Χαίρεου  
δὲ τῷ τοιούτου βολήματος ἐλευθερώσαν-  
τος πικρὰς τὸ πολίτευμα τῆς τυραννίδος.  
Κλαυδίου ὁ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀνέχους ἀπε-  
λευθερώσας ἐκδόντος, καὶ μετ' αἰχμῆς ἀ-  
παλαγγήτος, Νέρων τε καὶ οἱ μετ' αὐτὸν  
εἰς μοναρχίαν παρήεσαν. πρὸς ὧν ἔκριναν  
μηδὲν παντάπασι διελεῖν, ὡς ἀν' μηδὲ ἐπ'  
ἐκμελέσει καὶ ἀλοκότοις παρέξουσιν αὐτῶν  
καταλείπειτο μνήμη. Οὐεσσασσανοῦ ὁ καὶ  
τῷ παιδὸς αὐτοῦ Τίτου τῆ ἀρχῆς μετρίωτε-  
ρον χρησαμένων, Δομετιανὸς ὠμότητι καὶ  
ἀσελγείᾳ καὶ πλεονεξίᾳ πάντας ὑπερά-  
ρας, καὶ πεντεκαίδεκα τοῖς πάντας ἐνιαυ-  
τοῖς τῷ πολιτεύματι λυμηνάμενος, ἀειρε-  
τοῖς ὑπὸ Στεφάνου τ' ἀπελευθερώων ἐνόος,  
ἔδοξε δίκας τῆς πονηρίας ἐκπίνειν.

Ἐντεῦθεν ἄνδρες ἀγαθοὶ πλὴν ἡγεμονίαν  
παρὰ λαβόντες, Νερούας τε καὶ Τραϊανὸς,  
καὶ μετὰ τούτων Ἀδριανὸς, ὁ τε Ἀσσεβῆς Ἀν-  
τωνίνος, καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν σιωωεῖς Βη-  
ρος καὶ Δούκιος, πολλὰ τῶν λελοβημένων  
ἠξίωσαν διορθώσεως· καὶ οὐ μόνον ἀπὸ  
εἶχον ἀπολωλεκότες οἱ παρ' αὐτῶν ἀνεκτῆ-  
σαντο, ἀλλὰ καὶ ἵνα τῶν οὐκ ὄντων προσέ-  
θεσαν. Κομμόδου δὲ τῷ Μάρκου παιδὸς  
τῆ βασιλείαν παρὰ λαβόντος, καὶ ὑπερβαλλόμε-  
νον ἀλλὰ καὶ παρέξουσιν ἑαυτὸν ἀλοκότοις  
ἐκδόντος, εἶτα ὑπὸ Μαρκίας τῆς παλλακῆς,  
φρόνημα ἀειρεῖον ἀελοιδρίας, ἀειρεθέν-  
τος· Γερπίναξ ἀρχὴν ἠρέθη. τῶν ὁ πρὸς τὴν  
αὐτῶν γραπωτῶν οὐκ ἐνεγκόντων αὐτῆς ἢ  
πρὸς τὴν γραπωπικὴν ἀσκησίν τε καὶ ὀπισθί-  
μην ἀκρίβειαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ κατῆκον αὐ-  
τῆ ἀειρόντων, μικροῦ μὲν ἢ Ρώμῃ σιωετα-  
εάχθη, ἢ πρὸς τὴν φυλακὴν τῶν βασιλείων  
πταγμένου γραπωποῦ πλὴν τῷ καταστήσει  
μόναρχον ὑφαρπάσαντος Ἰουσίαν, παρε-  
λομένου τε βία πλὴν γερουσίαν ταύτης τῆς  
κρίσεως. ὠνίου δὲ τῆς ἀρχῆς πρὸς θεείσης,  
Δίδιος Ἰουλιανὸς ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἐπαρ-  
θεῖς, ἀνοίᾳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενήρει χη-  
ματε πρὸς τῆς ὠνεῖται πλὴν βασιλείαν,

Stoici cōsiliis paruit, Tiberius, qui  
ab eo successionem in imperio cō-  
sequutus fuerat, quum extremam  
ad crudelitatem deflexisset ac sub-  
ditis visus esset intolerabilis, eie-  
ctus, & in insula quadam abditus,  
viuendi finem fecit. Caius autem  
Caligula cunctis hunc flagitiis su-  
perans, interfectus est, Chærea ta-  
li facinore rempublicam à tyran-  
nide peracerba vindicante. Pòst  
vbi Claudius res suas eunuchis li-  
bertinis permisisset, ac fœdè vita  
decessisset: Nero cum aliis, eum se-  
quutis, ad rerum illud fastigium  
peruenit. de quibus equidem nihil  
omnino commemorandum arbi-  
tratus sum, ne memoria dissolutor-  
um & monstrosorum facinorum,  
ab eis perpetratorum, exstet. Ves-  
pasianus & Titus eius filius, quum  
imperium moderatius administras-  
sent, Domitianus crudelitate, lu-  
xuria, & auaritia cunctis superior,  
republica per totos quindecim an-  
nos deuasata, trucidatus à Step-  
hano liberto, pœnas improbitatis  
luere visus est.

Ab hoc tempore viri boni prin-  
cipatum adepti, Nerua, Traianus,  
& post eum Adrianus, & Antoninus  
pius, & par illud fratrum, Verus  
atque Lucius, multa vitiosa cor-  
rexerunt, neque tantum ea quæ  
superioris memoriæ principes a-  
miserant, recuperarunt: sed etiam  
non possessa prius quædam adie-  
cerunt. Commodus autem, Marci  
filio, regnum consequuto, nec ty-  
rannidi tantum sed & prodigiosis  
flagitiis dedito, posteaque necato  
à Marcia concubina, quæ virilem  
animum sumserat, successor in im-  
perio Pertinax datus est. At quum  
prætoriani milites huius in exer-  
citatione disciplinæque militari se-  
ueritatem nō ferrent, hominẽmq;  
præter officium occidissent: parum  
abfuit à rerum conturbatione Ro-  
ma, dū prætorii custodiæ destina-  
ti milites vnius rerum domini cō-  
stituendi potestatem ad se raperẽt,  
idq; iudiciũ senatui per vim extor-  
querent. Quumq; ceu venale pro-  
scriptũ esset imperiũ, Didius Iulia-  
nus vxoris instinctu elatus, stolidi-  
tate potius, quàm sapiente confi-  
lio, data pecunia regnũ mercatur,

eiusmodi spectaculum cunctis exhibens, quale nunquam prius conspexerant. Nam ad prætorium deducebatur, nec senatu præeunte, nec alio legitimo satellitio: sed iisdumtaxat militibus, qui eum hoc in honore constituerant, per vim palatium illi cum omni eius penu tradentibus. Sed hic pariter & appellatus, & ab iisdem sublatus è medio qui eum huc prouexerant, non secus atque visa somniorum, per pusillo tempore superstes fuit.

Senatu verò ad deliberationem, cui tradendum esset imperium, rursus adhibito, Seuerus imperator designatus fuit. At quum idem imperium Albinus atque Niger inuasissent, orta sunt inter eos bella ciuilia non exigua, dissidentibus à se inuicem ciuitatibus, quarum illæ ad huius, ad illius aliæ partes transibant. quumque non parua perturbatio per orientem & Ægyptum concitata foret, ac Byzantii, qui Nigri causam fouebant, eumque susceperant, extremum periculum adiissent: interfecto Nigro, Seueri pars victrix exstitit: & post eum Albino quoque tam imperio, quam vita functo, solum ad Seuerum principatus rediit. Quapropter ad eorum, quæ dissolutè gesta fuerant, emendationem se conuertit: & ante omni: de militibus, qui Pertinacem necauerant, & Iuliano tradiderant imperium, acerba supplicia sumsit. Deinde remilitari nauiter constituta, Persas adgressus, vno impetu Ctesiphontem Babylonemque cepit, Arabes ab usu tenteriorum Scenitas dictos percurrit, Arabiam vniuersam in potestatem redegit, aliisque complura fortiter gessit. Et erat erga delinquentes inexorabilis, eorumque bona qui flagitiorum rei peragebantur, publicabat.

Quumque multas vrbes sumtuosis admodum ædificiis ornasset, & Antoninū filium designasset imperatorem, moriturus ipsi Getæque, alteri filio, imperii heredibus institutis, tutorem Papinianum reliquit, virum iustissimum, & qui tam cognitione quam expositione legum omnes ante pariter & post se Romanos iurisconsultos superauit. Hunc præfecti prætorio mu-

τάματα δούξιδεῖν ἅπασιν, εἰάν οὐπω πρῶ-  
τερον ἐθεάσαντο. εἰσήγατο γὰρ εἰς τὰ βασιλεία  
μήτε γερουσίας ἢ γουμένης, μήτε ἄλλης ἐ-  
νόμου δορυφορίας, μόνων δὲ τῶν καταστη-  
σάτων αὐτὸν εἰς τὸτο στρατιωτῶν σὺν βία  
πρῶτον αὐτῶν τὰ βασιλεία καὶ τὴν ἐν  
τύποις πᾶσαν ἀποσκηδύν. ἀλλ' αὐτὸς μὲν  
ἅμα τε ἀνέρρηθη, καὶ παρ' αὐτῶν διαφτα-  
ρεῖς τῶν εἰς τὸτο πρῶτον γαζόντων αὐτὸν, ἢ  
ἐν τοῖς ἀνείροις φαντασιῶν οὐδὲν ἀλλοιότε-  
ρον διαγερνάς.

Τῆς ὅ γερουσίας εἰς τὸ διασκοπῆσαι ζῆνι  
δέοι πρῶτον αὐτῶν τὴν ἀρχὴν ἀναλαβο-  
μένης, Σεβήρος ἀνεδείκνυτο βασιλεύς. πα-  
ρελθόντων δὲ εἰς τὴν αὐτῶν ἀρχὴν Ἀλβί-  
νου καὶ Νίγρου, πόλεμοι σιωπῆσαν αὐτοῖς  
οὐκ ὀλίγοι πρὸς ἀλλήλους ἐμφύλιοι. Καὶ  
πόλεις διέστησαν, αἱ μὲν τὰ δε, αἱ δὲ τὰ δε  
προσείδμεναι. τα εραχῆς ὅ οὐκ ὀλίγης κατὰ  
τὴν ἑώραν καὶ τὴν Αἴγυπτον κινηθείσης, Βυ-  
ζαντίων τε, ὡς τὰ Νίγρου φρονούντων καὶ  
ὑποδέξαμένων αὐτὸν, εἰς ἕξατον ἐλθόν-  
των κινδύως κρατεῖ μὲν ἢ Σεβήρου μερῖς,  
ἀναιρεθέντος Νίγρου καὶ μὲν τῶν Ἀλβί-  
νου μετὰ τῆς ἀρχῆς τὸν βίον ἀπολιπόν-  
τος, εἰς μόνον Σεβήρον τὰ τῆς ἡγεμονίας πε-  
εἶσατο. τρέπεται τῶν ὅτι τὴν ἑώραν ὅκ-  
μελῶς πεπραγμένων διόρθωσιν, καὶ πρῶ-  
τα πάντων τοῖς στρατιώταις τοῖς ἀνελοῦσι  
Γερπίνακα, καὶ Ἰουλιανῶν πρῶτον αὐτῶν  
βασιλείαν πικρῶς ἐπέζηληθεν. ἔπειτα δια-  
θεῖς ὅτι μελῶς τὰ στρατόπεδα, Γέροισι  
μὲν ἐπελθῶν, ἐφόδω μὲν Κτησιφῶντα εἶλε  
καὶ Βαβυλῶνα. δραδραμῶν δὲ τοῖς Σκηνί-  
τας Ἄραβας, καὶ πᾶσαν Ἀραβίαν κατα-  
σρεψάμενος, ἀλλὰ τε πολλὰ γυμναίως οἰ-  
κονομήσας, ἐχρημάτο μὲν ὅτι τοῖς ἀμειψά-  
νοντα ἀπαραίτητος, τὸ ὅτι τοῖς ἀπόποις Ἀ-  
δουληδῶν δημοσίας ποιῶν τὰς οὐσίας.

Πολλὰς ὅ τὸ πόλεως οἰκοδομήμασι πε-  
λυτέσι κοσμήσας, ἀνέδεξεν Ἀντωνίνον  
τὸν παῖδα τὸν ἑαυτοῦ βασιλέα. καὶ ἐπειδὴ  
πελυτῶν ἐμελλε, διαδέχους τῆς ἀρχῆς αὐ-  
τὸν καὶ Γέταν τὸν ἕτερον υἱὸν καταστήσας,  
ὅτι τῶν αὐτῶν Παπινιανὸν καταλέ-  
λοιπεν, ἀνδρα διχαστότατον καὶ ὅτι νόμων  
γνώσῃ τε καὶ εἰσηγήσῃ πάντας τοῖς πρὸ αὐ-  
τῶ καὶ μετ' αὐτὸν Ρωμαίοις νομοθέτας ὑπο-  
βαλόμενον. τῶν ὑπαρχῶν ὄντα τῆς αὐ-

Non videtur  
posse ferri hoc  
particip. at  
tolerari for-  
tasse posset πα-  
ραβαλομένης.

λῆς δὲ ὑποψίας εἶχεν ὁ Ἀντωνῖνος, δι' οὐδὲν ἔπερον ἢ ὅππῃ δυσμενῶς ἔχοντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γέταν ἀθανάτοιο, ὅππῃ βουλεύσασθαι καὶ ὅσον οἴοιτο ἰσχυρῶς διεικνύει. τὸ τῶν ἐκ μέσου βυλόμενος ποιῆσαι τὸ κώλυμα, τῷ μὲν Παπινιανῶ τῷ δὲ τῷ στρατιωτῶν ὅππῃ βουλεύσει σφραγῶν ἄρυσχουρίαν ἢ ἔχων ἀναιρεῖ τὸν ἀδελφόν, οὐδὲ τῷ μηδὲς αὐτὸν πρὸς δραμόντα ῥύσασι δεικνύει.

Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἀντωνῖνος ἔδωκε τῆς ἀδελφοκτονίας μετ' οὐ πολὺ δίκην, καὶ αὐτοῦ τῷ πάσαντος τοῦτον ἀγοιθέντος, τῷ μὲν ὅν Ρώμη στρατόπεδα Μακρίνον ὑπαρχόν ὄντα τῆς αὐλῆς ἀναδείκνυσι βασιλέα, τῷ δὲ καὶ τῷ ἑώαν, Ἐμεσηνὸν καὶ μεισάκιον, ὡς γένοιτο Ἀντωνῖνου μητεὶ σωμαπτόμενον. ἐκαστοῦ δὲ στρατῶματος τῆς οἰκείας ἀναρρήσεως ἀπεχόμενου, εἰσὶς ἐμφύλιος ἰσχυρῶς, τῷ μὲν πρὸς τὸν Ἐμεσηνὸν Ἀντωνῖνον, ἀγόντων αὐτὸν ὅππῃ τῷ Ρώμην, τῷ δὲ Μακρίνου στρατιωτῶν ἄξορμησάντων ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. συμπεσόντων δὲ ἀλλήλοισι τῷ στρατοπέδων ἐν τῇ καὶ Συρίαν Ἀνποχία, τῷ παντὶ Μακρίνος ἐλαπιδεῖς, καὶ φυγῆ τῷ στρατοπέδων καταλιπὼν, εἰς τὸν μεταξὺ πορθμὸν Βυζαντίου καὶ Καλχιδόνος ἀλίσκεται, καὶ τὸ σῶμα ξανόμενος πελυτῶ.

Τοῦ δὲ Ἀντωνῖνου κρατήσαντος, καὶ τῶν τῷ Μακρίνου φρονήσαντι, ὡς δυσμενέσιν, ἐπεξελθόντος, τῷ τε ἄλλα ἀγρῶς καὶ ἐπονειδίως βεβιωκότος, μάστιγι τε καὶ ἀγύρταις ἐχολακότος ἔκ ἐνεγκόντες οἱ Ρωμαῖοι τῷ τῆς ἀσελγείας ὑπερβολῶς, κατασφάξαντες καὶ τὸ σῶμα διασπῶσαντες, Ἀλέξανδρον ἀνέδειξαν βασιλέα, καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς Σεβήρου γυναικὸς καταγέννητον. οὗτος νέος ὢν ἔπ, καὶ φύσεως ὡς ἔχων, ἀγαθαῖς ἀπάσιν ὅππῃ τῆ βασιλείᾳ δέδωκεν ἔχιν ἐλπιδας ὅππῃ τῆς ὑπαρχίας τῆ αὐλῆς Φλαβιανὸν καὶ Χρησόν, ἀνδρας τῷ τε πολεμικῶν οὐκ ἀπίροις, καὶ τὰ ἐν εἰρήνῃ διατείνει καλῶς ἱκανοῖς. Μαμάας δὲ τῆς τῷ βασιλέως μητρός ὅππῃ τῆς αὐτῆς Οὐλπιανὸν ὅππῃ γινόμενα, καὶ ὡς πρὸς κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, ἐπειδὴ καὶ νομοθέτης ἰσχυρῶς ἄριστος, καὶ τὸ παρὸν ὡς διατείνει, καὶ τὸ μέλλον ἀσέχως σιωπεῖν δυνατός ὅππῃ τῷ τῷ δυσχεραίναντες, ἀναιρεῖσιν αὐτῷ μηχανῶνται λαβραίαν οἱ στρατῶν. ἀιδομένης ἢ τῷ τῷ

nere fungentem, suspectum Antoninus habebat, alia nulla de causa quam quod Papinianus animadvertens eum infesto erga Getam fratrem animo esse, quo illi minus infidiaretur, pro viribus impediret. Hoc igitur impedimentum e medio removere volens, Papiniano per milites necem struit: spatiumque nactus fratrem interficit, quum ne quidem mater adcurrentem ad se potuisset eripere.

Postquam & Antoninus fratri-cidii pœnas interiecto non magno spatio dedit, ne cognito quidem unquam ipsius percussore, Macrinum præfectum prætorio milites, qui ad urbem erant, imperatorem dicunt: qui per orientem, adolescentulum quemdam Emisenum, qui genere matri Antonini coniunctus esset. Utroque exercitu renuntiationem suam tuente, civile discidium exstitit, Emiseni quidem Antonini copiis Romam eum deducuntibus, Macrini verò militibus extra Italiam profectis. Vbi manus ad Antiochiam Syriæ conseruissent, victus ab omni parte Macrinus, castris fuga desertis, ad interiectum Byzantio & Chalcedoni fretum capitur, & vulneribus confectus extinguitur.

Quum Antoninus victoria potitus, de iis qui Macrini partes sequuti fuerant, velut hostibus, pœnas sùsisset, & ceteroqui turpiter ac flagitiosè viveret, magis & circulatoribus deditus: nō ferentes Romani effrenem hominis luxum atque libidinem, eo interemto, & caduere in frustra discerpto, Alexandrum imperatorem designarunt, itidem ex familia Seueri prognatum. Hic quum & iuuenis adhuc esset, & egregia indole præditus, fecit ut omnes de imperio spes bonas conciperent, præfectis prætorio cōstitutis Flauiano & Chresto, viris nec rei militaris imperitis, & ad res togatas præclarè gerēdas idoneis. Verū vbi Mamaea mater imperatoris Vlpianū eis inspectore præfecit, & quasi cōsorte officii, quod & iuriscōsultus esset præstātissim⁹, & rectè rebus uti præsentibus, ac futura prospicere sollerter posset: offēsi milites, morte homini clandestinā moliuntur. Id quū animaduertisset

Mamæa, statimque conatus illius præcipiendi causa, horum consiliorum auctores è medio sustulisset: soli Vlpiano præfectorum prætorio munus committitur. Sed quod exercitibus in suspicionem venisset, (quibus sanè de causis: equidem accuratè dicere non habeo: quando de ipsius voluntate diuersa litteris prodita sunt) seditione mota trucidatur, quum ne ipse quidem imperator opem ei ferre posset.

Secundum hæc paullatim milites à pristina in Alexandrū beneuolentia recedentes, ad obeūda ipsius imperia segnes se præbebāt, & veriti ne quid ob ignauiam eis accideret, seditiones concitabant: cōcursūque facto quemdam Antoninū ad imperium euehebant. Sed quum is molem imperii non sustinens, fuga se hominum ex oculis subduxisset, & Vranius quidam ex seruili genere designatus confestim vnà cum purpura deductus ad Alexandrum fuisset, conceptum quidem aduersus imperatorem odium adaugebatur, verum ipse de circumstantibus vndique periculis hesitans, tã corpore mutatus erat, quàm inditis à natura viribus & consiliis animi: adeo quidem vt eum auaricie morbus inuaderet, totusque colligendis pecuniis incumbens, apud matrem eas recondere.

Rebus ipsius in hunc modum nõ optimè adfectis, qui erant in Pannonia Mysiãque exercitus, alienis iam pridem in eum animis, nunc magis ad defectionem proritabantur: ideoque ad studium rerum nouarum conuersi, Maximinum ad imperium efferunt, id temporis turmæ Pannonicæ ducē. Is, omnibus copiis suis coactis, in Italiam profectus est, arbitratus se facilius imperatorē adhuc imparatum aggressurum. Alexander autem apud hitas ad Rhenum gētes commorabatur, ibique comperto res novas motas esse, Romam continuis itineribus contendebat. Quumque tam militibus, quàm ipsi Maximino veniam polliceretur, si à cœptis desisterent: posteaquam dicto parentes efficere non poterat, spes omnes missas faciens, se ipse quodam modo cædi obtulit. Mamæa verò cū præfectis egressa prætorio,

Μαμαίας, καὶ ἅμα τῆς φθάσαι τὴν ὀπίθεσιν, τοῖς ταῦτα βουλόμενοις ἀελοῦσης, κύριος τῆς τῆς ὑπαρχῶν ἀρχῆς Οὐλπιανὸς καθίσταται μόνος. ἐν ὑποψία δὲ τοῖς στρατοπέδοις γῆρύμμος, (ταῖς δὲ αἰτίας ἀκριβῶς οὐκ ἔχω διεξελθεῖν. διέφορα γὰρ ἰστορίκασιν περὶ τῆς αὐτῆς περιπέτειας) ἀειρέται, στάσεως κινήσεις, οὐδὲ τῶ βασιλέως ἀρκέσαντος αὐτῆς πρὸς βοήθειαν.

Ἐν τούτῳ δὲ οἱ στρατῶται καὶ βραχὺ τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον ἀνοίας ἀποστατωῦτες, ἀπερῶντοι περὶ τὰς τύπας πρὸς αἰτίαις ἐφαίνοντο. καὶ δεῖ τῷ μὴ παθεῖν ἡ δὲ τὴν ῥαθυμίαν, εἰς στάσεως ἐχώρου. συσραφέντες τε παρήγαγον Ἀντωνίνον εἰς βασιλείαν. ἐπεὶ δὲ τὸν ὄγκον οὐκ ἀνεγκρὸν τῆς ἀρχῆς, φυγῇ κατέστησεν ἑαυτὸν ἀφανῆ, καὶ Οὐράνιος δὲ ἕως ἐκ δουλείου γένους ἀνάρρηθεις, πρὸς ἀρχὴν μετὰ τῆς ἀλουργίδος Ἀλεξάνδρῳ προσήχθη, τῷ μὲν καὶ τῷ βασιλέως ἠύξανετο μῦθος· ὁ δὲ ὀπί τοῖς πανταχόθεν πειρασμοῖσιν ἀπορρέμενος, τῆς τε σώματι καὶ τοῖς καὶ φύσιν λογισμοῖς ἀλλοιότερος ἦν, ὥστε καὶ φιλαργυρίας αὐτῷ νόσον ἐνοσκήσαι, καὶ χερμάτων ἐγκειῖσθαι συλλογῇ, ταῦτα τε πρὸς τῆ μητρὶ ἠσπασαίεσθαι.

Ἐχόντων δὲ αὐτῆς τῆς πρὸς ἀρχὴν ἔχοντος, τὰ περὶ Γαλονίαν καὶ Μυσίαν στρατεύματα καὶ πρότερον ἀλλοτεῖως πρὸς αὐτὸν διακείμενα, τότε δὲ μάλλον πρὸς ἀπόστασιν ἔξερέθησαν. στραπέντα δὲ εἰς νεωτερισμὸν, ἀγὰρ Μαξιμίνον εἰς βασιλείαν, τότε τῆς Παγονικῆς ἰλῆς ἔξηρουμνον. καὶ Μαξιμίνος μὲν τὰς πρὸς αὐτὸν δυνάμεις ἀγείρας, ὀπί τὴν Ἰταλίαν ἔξωρμησεν, ἀπὸ τῆς βασιλείας ῥᾶον οἰόμενος ὀπίθεσθαι. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τοῖς περὶ τὸν Ῥῆνον ἔθνεσι διατείβων, κατέκτισε τὰ νεωτεριάζοντα μαθῶν, τῆς ὀπί τὴν Ῥώμην εἶχετο πορείας. ἐπαγγελόμενος δὲ τοῖς στρατοῦταις καὶ αὐτῶν Μαξιμίνῳ συγγνώμην, εἰ τοῖς ἐγχεῖσθαι, ἐνδοῖεν, ὡς οὐχ οἷός τε γέρονε τύποις ὑπαρχαγιάδων, πάσης ἀπογοῆς ταῖς ἐλπίσιν, ἑαυτὸν ὀπίθεσθαι καὶ τῶν ἑαυτῶν τῆ σφραγῆ. Μαμαῖα δὲ πρὸς τὴν ὑποψίαν μετὰ τῆς ὑπαρχῶν ἐκ τῆς αὐλῆς, ὡς δὲ

Scribendum  
ἔξερέθησαν.

ὡς δὴ πῶς ἔραχεν καταπαύσουσα, αὐτὴ  
 τε κατασφάπεται, καὶ οἱ ὑπαρχοῦσι αὐ-  
 τῇ. τῆς δὲ βασιλείας ἤδη βεβαίως ἔραχεν  
 Μαξιμίνου κατεχόμενης, ὃν μεταμελεία  
 πάντες ἦσαν, ὡς τυραννίδα πικρὰ μετείας  
 ἀλλαξάμενοι βασιλείας. ἡμῶν γὰρ ὧν ἀφα-  
 νοῖς, ἅμα τῷ ἔραλαβεν πῶς δόχῳ,  
 ὅσα φύσει προσῆν αὐτῷ πλεονεκτήματα τῆ  
 τῆς ἐξουσίας ἐξηφάνιζε παρρησία· καὶ  
 πᾶσιν ἀφόρητος ἦν, οὐχ ὑβρίζων εἰς τοὺς  
 ἐν τέλει μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πάσης ὠ-  
 μότητος, τοῖς ἀπράγμασι προσῶν, μόνους  
 δὲ δεραπέων τοῖς συκοφαντίας, ὅσοι μά-  
 λιστα τοῖς ἀπράγμονας κατεμήνουον, ὡς  
 ὀφείλονται ἔτι τοῖς βασιλικαῖς ἀμείοις.  
 ἤδη ἔτι καὶ εἰς φόνοις ἀκρίτοις ἐχάρει χρη-  
 μάτων ὄψιν, καὶ ὅσα τῶν πόλεων ἦν,  
 οἰκεία ἐπίει, μετὰ τῷ καὶ τοῖς οἰκήτορας τῶν  
 οὐσιῶν ἀφαιρεῖσθαι.

Βαρυομένων δὲ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους  
 ἐθνῶν ὅτι τῆ λίσαν ὠμότητι, καὶ συντα-  
 ρασιολογῶν ὅτι ταῖς προσφάνεσι πλεονε-  
 ξίαις, οἱ πῶς Διθύην οἰκοῦντες Γορδιαν-  
 νὸν καὶ τὸν ὁμώνυμον τούτῳ παῖδα, βα-  
 σιλέας ἀγαδείξαντες, ἔσθλαν ἐν Ῥώμῃ  
 ἀρέσβεις, ἄλλοις τε καὶ Βαλβεριανόν, ὃς τῷ  
 ὑπαρχοῦ ἔργματος ὧν, ἐβασιλεύσει ὕστε-  
 ρον. ἢ ἔτι σὺγκλητος τῷ ἔραχεν ἀσμενίστα-  
 σα, παρεσκυδίασατο πρὸς πῶς τῷ τυράννου  
 κατὰρεσιν, τοῖς τε στρατιώταις εἰς ἐπανάστα-  
 σιν ἐρεθίζουσα, καὶ τὸν δῆμον ἀγαμμη-  
 σκουσα τῶν εἰς ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πάν-  
 των ἀδικημάτων. ἐπὶ δὲ πᾶσι ταῦτα ἐ-  
 δόκει, προσχέρονται τῆς βουλῆς ἀνδρας  
 εἴκοσι, στρατηγίας ἐμπείρους, ἐκ τούτων αὐ-  
 τοκράτορας ἐλόμενοι δύο, Βαλβερίον καὶ  
 Μαξιμόν· καὶ προσκαταλαβόντες ταῖς ὁδοῖς  
 τὴν Ῥώμην φερούσας ὁδοῖς, ἔτοιμοι πρὸς  
 τὴν ἐπανάστασιν ἦσαν.

Τοῦ δὲ Μαξιμίνου, τούτων ἀπαγγελ-  
 θέντων, ὅτι πῶς Ῥώμῃ ὀρμήσαντος ἅ-  
 μα τοῖς Μαυρουσίοις καὶ Κελπικοῖς τέλε-  
 σιν, οἱ μὲν πῶς Ἀκυλησίαν πεπεγμένοι  
 φυλάττειν, ἀποκλείσαντες αὐτῷ ταῖς πύ-  
 λας, ἐς πολιορκίαν κατέστησαν. τῶν δὲ συ-  
 γαιρομένων αὐτῷ, μόλις τὸ καινῇ λυσπε-  
 λοιῶν ἐλομένων, συμφρονησάντων τε τοῖς  
 κατὰρεσιν τὸν Μαξιμόν ἐσπουδακόσιν,

tumultus sedandi causa, cum praefectis & ipsa necatur. Maximino imperium iam constabilitum obtinente, grauis omnes incessit penitentia, quod acerbam tyrannidem moderato cum imperio commutassent. Nam obscuro natus loco Maximinus, quum primū accepisset imperiū, quibus à natura praeditus erat virtutibus, eas virtutes fiducia potestatis obscurabat: & omnibus erat intolerabilis, non tantum iniuriis adficiens in dignitate constitutos, verumetiam cum omni crudelitate res tractans, solisque calumniatores colens, qui homines praesertim quietis cupidos deferebant, velut imperatorii fisci debitores. Tandem & nullo praecedente iudicio, propter pecuniae cupiditatem ad caedes progrediebatur, omniaque oppida peculiariter sua reddebat, municipibus bonis suis spoliatis.

Quare quum subiecte Romanis gentes crudelitatem nimiam grauius molestaque ferrent, & ob manifestas rapacitates conturbarentur: Afri, Gordiano, eique cognomine filio, designatis imperatoribus, cum alios Romam legatos misere, tum Valerianum, virum consulare, qui deinceps imperio potitus est. Senatus, eo quod actum fuerat, cupide probato, ad deiiciendum imperio tyrannum se comparabat, milites ad rebellionem concitans, & in memoriam populo reuocans iniurias singulis priuati, & publice omnibus illatas. Quum vniuersis eadem viderentur, e senatu xx viros deligunt, artis imperatoriae peritos. Ex his summa cum potestate constitutis duobus, Balbino atque Maximino, praesertisque Romam ducentibus itineribus, parati ad resistendum erant.

Maximino autem, post adlatos harum rerum rumores, Romam cum Mauris & Gallicis ordinibus petente, milites quidem Aquileiae praesidio impositi, quum ei portas occlusissent, obsidione cincti sunt, ipse vero iis qui partes ipsius tuebantur, vix tandem boni publici causam amplexis, & eorum voluntati adsensit qui Maximinum interentum volebant,

ad extremum periculum redactus, filium militibus supplicem obtulit, veluti propter ætatem ad eos ab ira reuocandos ad commiserationem, suffecturum. At illi, quum iracundia maiore conciti iuuenem miserabiliter interfecissent, & ipsum quoque confestim trucidassent: accedens quidam caput à corpore recisum Romam tulit, idque signum victoriæ manifestum exhibuit. Itaque per hoc omni metu liberati, aduētum imperatorum ex Africa præstolabantur.

Verum illis inter nauigandum vi tempestatis extinctis, Gordiano alterius filio senatus summam rerum tradidit, cuius opera populus Romanus de superioris temporis mæsticia remisit, imperatore per scenicos gymnicosque ludos ab ea ciues auocante. Posteaquam omnes velut ex profundo veterno iam recreati essent, aduersus imperatorem clandestinæ quædam insidiæ parantur, Maximo & Balbino milites ei quosdam summittentibus: quibus deprehensis, tam ipsi sceleris auctores, quàm alii participes non pauci cæduntur.

Non multo post & Karthaginienses à beneuolentia principis alienati, Sabianum ad imperium efferunt. Sed quum Gordianus copias Africanas exciuisset, animis cum eo reconciliatis, adfectatorem tyrānidis dedunt, & impetrata delictorum venia, periculis imminētibus erepti sunt.

Dum hæc geruntur, Gordianus vxorē ducit Timetoclis filiam, nobilis ex doctrina viri: quem & præfectum prætorio creauit, eoque facto visus est id, quod administrationi rerum propter ætatem ipsius sanè teneram deesset, supplere. Iam confirmato imperio, Persæ adgressuri nationes orientales expectabantur: quod regnum eorum Sapore accepisset post Artaxerxem, qui Parthis illud ereptum rursus ad Persas transtulerat. Nā post Alexandrum Philippi filium, & alios imperii Macedonum successores, Antiocho superioribus illis satrapiis imperate, Arsaces Parth\*, propter illatam fratri Teridati contumeliam, bello aduersus Antiochi

εις ἕξατον ἑλληκῶς κινδύου, προσά-  
χθ' τὸν παῖδα τοῖς στραπώταις ἰκέτω, ὡς  
ἀρκέσοντα διὰ τὴν ἡλικίαν εἰς οἶκτον ἐκ  
τῆς ὀργῆς αὐτοῖς μεταστήσει. τῷ δὲ θυ-  
μῷ μείζονι τὸν τε νέον οἰκτρῶς ἀνελόν-  
των, καὶ αὐτὸν ᾠδραχεῖμα κατασφα-  
ξάντων, ἐπελθὼν ἕως καὶ τὴν κεφαλὴν χω-  
ρίσας τὸ σῶμα, ὅτι τὴν Ῥώμην ἀπήγα-  
γε, σημεῖον ἐμφανὲς τοῦτο τῆς νίκης ποιήμε-  
νος. ταύτη τῶν ἀπαλλαγῶν τῶν δούλων, ἢ  
ἐκ Διθύης τῶν βασιλέων ἀνέμεινον ἀφίξιν.

Τῶν ὁβία χιμῶνος ἐν τῷ πλείν ἀπο-  
λομένων, Γορδιανῶν πατέρου τύπων ὄντι  
παῖδι τὴν ἑλῶν ἡγεμονίαν ἢ γερουσία  
παρέδωκεν. ἀφ' οὗ τῆς προλαβούσης  
κατηφείας ὁ Ῥωμαίων ἀνέτο δῆμος, τῶ  
βασιλέως σκηνικοῖς τε καὶ γυμνικοῖς ἀ-  
ρχῶσι τοῖς πολίταις ἀπαγαγόντος. πάντων δὲ  
ὡς τῶ ἐκ κάρου βαθέος ἀνασθηλαῶν,  
ὅτι βουλή καὶ τῶ βασιλέως λαθραία σωί-  
σεται, Μαξιμου καὶ Βαλβίνου στραπώ-  
ταις αὐτῶ ἕνας ἐπαιασησάντων. ἢς φωρα-  
δείσης αὐτοῖς τε οἱ τῆς σκδυείας ἀρχῶντες  
ἀγαρουῶται, καὶ τῶ κοινωνησάντων αὐ-  
τοῖς οἱ πολλοί.

Εἰς. ἀπ' αὐ-  
τῆς ἀπαγ.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Καρχηδόνιοι, τῆς  
τῶ βασιλέως ἀνοίας ἀλλοτειωθέντες, Σα-  
βιανὸν εἰς βασιλείαν ἀνάγαγον. Γορδια-  
νοῦ δὲ κινήσαντες τὰς ἐν Διθύη δυνάμεις,  
ἐπαυελθόντες πρὸς αὐτὸν τῆ γῶμῃ, τὸν  
μὲν ὅτι δέμνον τῆ τυραννίδι ᾠδραδιδέασι,  
συγγνώμης δὲ τυχόντες, τῶ προχόντων  
αὐτοῖς κινδύων ἠλυθέρωθησαν.

Αἰ. Σαβιαν-  
νόν.

Ἐν τούτῳ δὲ πρὸς γάμον ἄγεται Γορ-  
διανὸς Τιμησικλέους θυγατέρα, τῶ ὅτι  
παυδέως διαβοήτων ἀνδρός. ὃν ὑπαρχον τῶ  
αὐλῆς ἀναδείξας, ἔδοξε τὸ διὰ τὸ νέον τῆς  
ἡλικίας τῆ κηδεμονία τῶ πραγμάτων ἐλ-  
λείπον ἀναπληροῦν. ἢ δὲ τῶ βασιλείας ἔ-  
σης ἐν ὀχυρῷ, Γέροισι τοῖς καὶ τῶ ἑῶαν ἔθνε-  
σιν ὅτι ἐναί προσεδουχῶντο, ἢ ἀρχὴν Σαπῶ-  
ρος ᾠδραλαβόντος μὲν Ἀρταξέρξην, τῶ ἀπὸ  
Παρθυσίων αὐτῆς εἰς Πέρσας τὴν ἀρχὴν  
μεταστήσαντα. μετὰ γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον τῶ  
Φιλίππου, καὶ τοῖς διαδεξαμένοις τῶ Μακε-  
δόνων ἀρχὴν, Ἀντόχου τῶ ἀνω σαβιανῶν  
ἀρχόντος, Ἀρσάκης ὁ Παρθυσίος διὰ τὴν  
εἰς τὸν ἀδελφὸν Τηριδάτιον ὕβριν ἀγα-  
νακτῆσας, πόλεμον πρὸς τὸν Ἀντόχου

σατραπήν ἀράμους, ἀπίαν δέδωκε Παρ-  
 θυαίοις ἐκβαλοῦσι Μακεδόνας, εἰς ἑαυτοῖς  
 πλὴν ἀρχῶν παρέστησαν. ὅτε δὲ ἴκνω ὅτι Πέρ-  
 σης ὁ βασιλεὺς ἦεν ὡρασκυῖν τῆ πάση. τῆ  
 ἢ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ δόξαντος ἐν τῇ παρόντι  
 μάχῃ κεντρακέναι, Τιμησικλῆς ὁ τῆς αὐ-  
 λῆς ὑπαρχος τελευτήσας, ἠλάττωσε πολὺ  
 τῶ βασιλεῖ ἢ ὅτι τῆ ἀσφαλείᾳ τῆς ἡγεμο-  
 νίας πεποίησιν. Φιλίππου γὰρ ὑπαρχος παρ  
 χειρῶντος, καὶ ἑσχατὸν τῆς εἰς πᾶν βα-  
 σιλέα τῶ στραπωτῶν ἀνοίας ὑπερέρρει. ὁρ-  
 μώδρους γὰρ ἔξ Ἀραβίας ἔθνοισ χείσου, καὶ  
 οὐδὲ ἐκ τῆ βελπίονος εἰς τύχης ὀπίδοσιν  
 παρελθῶν, ἀμα τῶ ὡρα λαβεῖν πλὴν ἀρ-  
 χῶν, εἰς ὀπίθυμίαν βασιλείας ἐστράπη, καὶ  
 τῶ στραπωτῶν τοῖς εἰς τὸ νεώτερίζειν ὀπιρ-  
 ρεπτῆς οἰκειούδρους, ἐπειδὴ ἢ τῶ στραπω-  
 πικῶν σιτήσεων συγκαμίδων ἄλλοις ἔχουσι εἰ-  
 δεῖν, ἐπὶ τῆ βασιλέως παρὶ Κάρρας καὶ Νί-  
 σβιν σὺν τῶ στρατῶ δὴστέλλοντος, αὐτὸς ἐν-  
 δοτέρω τὰς ναῦς, αἱ πλὴν στραπωπικῆν τρο-  
 φὴν εἶχον, εἰσέναι δὴεταπεν ὡς αἱ ἢ στρα-  
 πὰ λιμῶν πιεζομένη καὶ ἀπορία τῶ ὀπι-  
 πιδείων ἀνάστασιν παρὸς σάσιν.

Ἐκβάσις δὲ εἰς ἔργον αὐτὰ τῆς σκέψως.  
 οἱ στραπωτῶν παρὸφασιν ἢ τῶ ἀναγκάτων  
 ἐνδοξαν πιησάμενοι, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ τὸν  
 Γορδιανὸν παρὸφάντες, ὡς αἶπον τῆς ἢ στρα-  
 ποπέδου φθοραῖς ἀναίρουσι, Φιλίππου πλὴν  
 ἀλαργίδα καὶ τὸ συγκαίμενον παρὸφάντες. ὁ  
 ἢ παρὸφ μὲν Σαπώρην ἔθετο φιλίαν ἐνώμο-  
 πην λύσας ἢ τὸ πόλεμον ὀπι τῆ Ῥώμην ἔξορ-  
 μα, τοῖς μὲν στραπωτῶν ἀδραῖς δὴσδύσει θε-  
 ραπέων, εἰς ἢ πλὴν Ῥώμην ἐκπέμπων τοῖς  
 ὅτι νόσῳ τελευτήθη Γορδιανὸς ἀγγελουῶ-  
 τας. ἐπεὶ ἢ εἰς πλὴν Ῥώμην ἀφίκετο, τοῖς ἐν  
 τέλει τῆς βουλής λόγους ὀπιεικέσιν ὑπα-  
 γαγόμενος, ὡήθη δὴεν τὰς μεγίστας τῶ ἀρ-  
 χῶν τοῖς οἰκειότατα παρὸς αὐτὸν ἔχουσι πα-  
 ραδοῦμαι. καὶ Πείσκον μὲν, ἀδελφὸν ὄν-  
 τα, τῶ καὶ Συρίαν παρὸφῆσατο στραποπέ-  
 δων, Σεβηριανῶ δὲ τῶ κηδεστῆ τῶς ἐν Μυ-  
 σία καὶ Μακεδονία δυνάμεις ὀπίσειυσε.

Τούτῳ ἢ βεβαίως ἔξειν ἢ ἀρχὴν οἰηθεῖς,  
 αὐτὸς ὀπι Κάρποις ἐς ἐσάτευεν, ἢ δὴ τὰ παρὸφ  
 ἢ Ἴσρον ληίσταμένοις. μάχης ἢ ἡγεμομένης,  
 καὶ ἐνεγκόντες οἱ βάρβαροι ἢ παρὸφβολὴν,  
 εἰς πὴ φρέριον συμφυζόντες, ἐν πολιορκία καὶ  
 δίσταντο. θεασάμενοι ἢ τοῖς ἔξ αὐτῶ δῆμοις ἄλλη δὴσασαρέντας, αὐτῶς σιωηλεχμένους,

satrapam suscepto, Parthis auctor  
 fuit ut eiectis Macedonibus regnū  
 sibi vindicarent. Imperator, igitur  
 vniuerso cū apparatu cōtra Persas  
 mouebat. Quūmq; Roman' exer-  
 citus primo p̄aelio superior exsti-  
 tisse visus esset, Timesicles p̄æfe-  
 ctus p̄ætorio vita functus, non pa-  
 rū imperatoris de securitate regni  
 fiducia imminuit. Nam Philippo in  
 eius locū suffecto, paullatim beneuo-  
 lētia militum erga imperatorē ex-  
 tinctā est. Ortus enim Philippus ex  
 Arabia, gente nequissima: nec me-  
 liori ratione fortunā ad ampliōrē  
 progressus, ut primum hunc magi-  
 stratū accepit, imperii libidine ra-  
 ptus, ad res nouas promptissima  
 quēnque militum demulcens inci-  
 tabat: quūque militares annona  
 abundē conuehi cerneret, impera-  
 tore propter Carras & Nisibin ad-  
 huc cū exercitu hærēte, naues quæ  
 cōmeatū militarem cōtinebant, ad  
 interiora penetrare iussit, ut fame  
 pressus & inopia rerū necessariarū  
 exercit' ad seditionē impelleretur.

Euentus consilio respondit. mili-  
 tes, arrepta de penuria cōmeatus  
 occasione, Gordianū, nulla decori  
 ratione habita circumuentum, ve-  
 luti cuius culpa periret exercitus,  
 interficiūt: & Philippū, ceu cōuene-  
 rat, purpura vestiūt. Is, sacramētis  
 interuenientibus amicitia cum Sa-  
 pore constituta, bellōque sopito,  
 Romam proficiscitur: militum ani-  
 mos magnis largitionib' deleniēs,  
 & Romā nuntios mittēs, qui Gor-  
 dianum morbo extinctum dicerēt.  
 Vbi Romam venisset, ordinis se-  
 natorii viris oratione modesta sibi  
 cōciliatis, magistratus amplissimos  
 hominibus sibi cōiunctissimis tra-  
 dendos statuit. Itaque Priscū fratrem  
 Syriacis exercitibus p̄æfecit, Se-  
 ueriano genero Mysia Macedo-  
 niaque copiis creditis.

Hoc modo se stabili potiturum  
 imperio arbitratus, ipse cōtra Car-  
 pos expeditionem suscepit, qui iam  
 Istro vicina loca populabantur.  
 P̄aelio conferto, quum nostrorum  
 impressionem barbari non sustine-  
 rent, fuga quoddā ad castellū facta,  
 obsidebantur. Vbi suos hinc inde  
 dispersos, rursus colligi cernerent,

receptis animis egressi de castello, Romanum exercitum inuadebant. Sed quòd impetum Maurorum ferre non possent, de pace componenda colloqui cœperunt: Philippus eis haud difficulter adensus, inde discessit. Quum autem in republica perturbationes eodem tempore plures acciderent, orientales quidem prouincię partim tributorum exactiõibus grauatae, partim quòd Priscus iis nationibus cum imperio præesse iussus, intolerabilis omnibus esset, nouas res molita, Papiantum ad summam rerum euexerunt, itidẽmque Myforum & Pannoniorum negotia Marinum proposcerunt.

Ob has res conturbato Philippo, senatũmque rogante vel opem sibi aduersus imminetia mala ferret, vel, si suum ei displiceret imperium, hoc se abdicaret: nemine prorsus quidquam respondente, Decius familia dignitatẽque præstans, & omnibus præterea virtutibus ornatus, frustra dixit ob has eum causas trepidare. Quippe futurum ut per se ipsa hæc euanesceret, quòd nulla possint ex parte firmiter subsistere. His Decii coniecturis, quas is ex ipsa rerum experientia sumserat, licet euentus reapse respondisset, Papiano Marinoque non magno labore de medio sublatis: nihilo tamen minus in metu Philippus versabatur, qui odium militum erga tribunos & duces in iis locis perspectum haberet. Itaque Decium obsecrabat ut earum legionum quæ in Mysia Pannoniãque forent, imperium susciperet. Illo recusante, quòd istuc neque sibi neque Philippo expedire duceret, Thessalica (quam uocant) persuasione vsus, quæ esset cum coactione coniuncta, hominem ablegat in Pannoniam, castigaturum ibi Marini factionis complices. At eorum locorum milites videntes Decium supplicia de iis sumentem qui deliquerant, consultius sibi fore putabant si & periculum quod ante pedes esset amolirentur, & eadem opera principem summæ reipublicæ præficerent, qui eam melius gereret, ac civili militarique virtute præstans, auratus esset.

ἀμα τε ἀνέτάρρησαν, καὶ ὑπεξελθόντες, τὰ Ῥωμαϊκῶν στραπέδα σικέπιον. οὐχ ὑποσάντες δὲ τὴν τῶν Μαυρουσίων ὀρμὴν, λόγοις πρὸς αὐτῶν ἐποίησαντο οἷς ὁ Φίλιππος ῥᾶον δέχμενος ἀνχώρει. πηλῶν δὲ κατὰ τὸν ἐμπεσουσῶν παρεχῶν τοῖς πρῶτοις, τὰ μὲν κτ' τὴν ἐῶσαν ταῖς τῶν φόρων εἰσπραξέσει, καὶ τὰ Γείσπον, ἀρχὴν τῶν ἐκείσε καθεσάμενον ἐθνῶν, ἀφόρητον ἀπασιν ἐστὶν, βαρυνόμενα, καὶ διὰ τούτων πρὸς τὸ νεωτερίζειν στραπέδα, τὸν Παπιανὸν παρήγαγον εἰς τὴν τῶν ὀλων ἀρχὴν. τὰ δὲ Μυσῶν πρῶτα καὶ Γαιώνων, Μαρίνον.

Σιωπαραχθέντος δὲ ὅππῃ τούτοις Φιλίππου, καὶ δεομένου τῆς γερουσίας ἢ συλλαβέσθαι οἱ πρὸς τὰ καθεστῶτα, ἢ τοῦ εἰτῆ αὐτῆ δυσαρεστῆ ἀρχῆς, ταύτης ἀφεῖναι μηδενὸς δὲ τῶν πρῶτων ἀποκρινόμενου, Δέκιος καὶ γίνετο πρὸς τὴν καὶ ἀξιώματι, προσέειπε δὲ καὶ πάσαις διαφρέτων ταῖς ἀρεταῖς, μά τι μὲν ἐλεγε αὐτὸν ὅππῃ τούτοις ἀγνοίαν. ῥᾶον γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ταῦτα διαφραρήσεσθαι, τὸ βέλαιον ἔχον ἐδαμόθεν διωάμενα. ἐκβαπτῶν δὲ εἰς ἔργον ὧν ὁ Δέκιος ἐκ τῆς τῶν πρῶτων ἐπεκμήρατο πείρας, τὸ Παπιανὸν τε καὶ Μαρίνου σὺν οὐ πολλῶν πόνων καθεστρεθέντων, οὐδὲν ἦπρον ἐν φόβοις ὁ Φίλιππος μὲν, τὸ τῶν στραπτῶν μῦθος πρὸς τοῖς ἐκείσε ταξιαρχοῖς καὶ ἡγεμόνας εἰδώς. παρεκάλει τῶν τῶν Δέκιον τῶν ἐν Μυσία καὶ Παιωνία ταγμάτων ἀναδέξασθαι τὴν ἀρχὴν. τὸ δὲ διὰ τὸ καὶ ἑαυτῶν καὶ Φιλίππου ταῦτα ἀξίμφορα ἠγείσθαι παραπυλῶν, τῆ Θεσσαλικῆ λεγόμενῃ πειθανάκῃ χησοάμενος ἐκπέμπει κτ' ἢ Παιωνίαν αὐτὸν, σωφρονιστικῶτα τοῖς ἐκείσε τὰ Μαρίνου φρονήσασθαι. οἱ δὲ ταύτην στραπτῶν τὸν Δέκιον ὀρώντες τοῖς ἡμροτικῶσιν ἐπιξίοντα, κάλλιον ἐστὶν σφίσιν ἠγέσθαι, καὶ τὸν πρῶτον πόδας ἀποσεισάσθαι κίνδυνον, καὶ ἀμα προσήσασθαι μόνον, ὅς καὶ τῶν κοινῶν αὐτῶν ὅππῃ μεληθεῖν κρείσσον, καὶ οὐ σὺν πόνω πρὸς τὸν Φιλίππου, πολιτικῆ τε ἀρετῆ καὶ πολεμικῆ πείρα προσήκων.

¶ Πρὸς τούτοις οὐκ αὐτῶν ἢ ἀλυργίδα, ἢ ἰγὶτα ἀμικτὸν πορφυρά Decium.



καὶ ἐφ' ἑαυτῶν λοιπὸν ὀρρώδουῦντα, πρὸς  
 πῦρ τῶν ποταμῶν καὶ ἀκόντα σιωποῦσι  
 κηδεμονίαν. Φίλιππος τῶν τῆς Δε-  
 κίου ποταμῶν ἀναρρήσιως αὐτῶν,  
 τὰ στρατόπεδα σιωποῦσιν, ἤλαυνεν ὡς ἐ-  
 πισητόμορος. οἱ δὲ σὺν τῶν Δεκίω, καὶ πρὸς  
 πολλῶν πλείοις ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις εἰδότες, ὁ-  
 μως ἐθάρρουον, τῆ τῆς Δεκίου πεποιθότες  
 ὀπισθίμη καὶ πρὸς πάντα ποροῖα. συμπε-  
 σόντων δὲ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοισι, καὶ τῶν  
 μὲν τῶν πλείων, τοῦ δὲ τῆς στρατηγίας πλεονε-  
 κτωῦτος, ἐπέσον μὲν ἐκ τῆς Φιλίππου με-  
 είδος πολλοὶ καὶ αὐτὸς δὲ σὺν αὐτοῖς ἀνα-  
 ρῆται, καὶ τῶν παιδῶν, ὃν ἔτυχεν τῆ τῆς καί-  
 σαρος ἀξία ἡμῶν, ἀποσφαγόντος. οὕτω  
 μὲν οὖν Δέκιος τῆς τῶν ὄλων ἀρχῆς ἐγχετο  
 κύριος.

Τῶν δὲ ποταμῶν δὲ πῦρ Φιλίπ-  
 που πρὸς πάντα ἐκμέλειαν ἡραχῆς πλη-  
 ρωθέντων, Σκύθαι τὸν Ταναιὸν διαβαίτες  
 ἐληίζοντο τὰ πρὸς τῶν Θράκιον χωρία. οἱς  
 ἐπέξελθὼν Δέκιος, καὶ ἐν πάσαις κρατή-  
 σαι τῆς μάχης, παρελόμορος δὲ καὶ τῆς  
 λείας, ὡς ἔτυχον εἰληφότες, ἀποκλείειν  
 αὐτοῖς ἐπειρᾶτο πῦρ οἴκαδε ἀναχώρησιν,  
 διαφθεῖραι πανωλεθρία διανοούμενος, ὡς  
 αὐτὸν καὶ αὐτοῖς σιωποῦσιν ἐ-  
 πέλοισιν. Γάλλοι δὲ ὀπισθίως τῆ τῆς Τα-  
 ναϊδος ὄχθῃ, μετὰ δυνάμειος ἀρκούσης,  
 αὐτὸς τοῖς λοιποῖς ἐπὶ τῆς χωροῦντων  
 δὲ τῶν ποταμῶν αὐτῶν καὶ νοῦν, εἰς τὸ  
 νεωτερίζειν ὁ Γάλλος στρατοῦς ὀπισθίως  
 κινεῖται πρὸς τοῖς βαρβάροις, κοινωνῆσαι τῆ  
 ὀπισθίως τῆς καὶ Δεκίου ποταμῶν.  
 ἀσμενέστατα δὲ τὸ ποταμὸν δεξιάμων,  
 ὁ Γάλλος μὲν τῆς ὀπί τῆς Ταναιϊδος ὄχθῃ  
 φυλακῆς εἶχετο, οἱ δὲ βαρβάροι διεκόντες  
 αὐτοῖς πρὸς, διέταξαν ἐν ἑνὶ τόπῳ πῦρ  
 πρὸς τῶν μοῖραν, οὐ πρὸς βέλῃτο τέλμα.  
 τοῦ Δεκίου δὲ τοῖς πολλοῖς αὐτῶν ἡραφεί-  
 ραντος, τὸ δεύτερον ἐπεγχετο ἄσμα. στρα-  
 πέντος δὲ καὶ τοῦτου, ἐκ τῆς τρίτου ἄσματος  
 ὀλίγοι πλησίον τῆς τέλματος ἐπεφάνησαν.  
 τοῦ δὲ Γάλλου δὲ τῆς τέλματος ἐπ' αὐτοῖς  
 ὀρμήσαι τῶν Δεκίω σημήναντος, ἀνοῖα τῶν  
 τόπων ἀποσκοπέπῳς ἐπελθῶν, ἐμπαγίς  
 τε ἄμμι τῆ σὺν αὐτῶν δυνάμει τῶν πηλῶν, καὶ  
 πανταχόθεν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀκοντιζό-  
 μορος, μετὰ τῶν σιωπόντων αὐτῶν διεφθάρη,

& sibi iam metuentem, ad procu-  
 rationem rerum vel inuitum com-  
 pellunt. Philippus, accepto de re-  
 nuntiatione Decii nuntio, coactis  
 exercitibus ad eum opprimendum  
 mouit. Qui erant cum Decio mili-  
 tes, licet ab aduersariis numero se  
 vinci possent, tamen Decii tum pe-  
 ritia, tum in omnibus rebus prou-  
 dentia freti, confidentes erant. Vbi  
 concurrissent exercitus, altero co-  
 piis, altero muneris imperatorii pe-  
 ritia superiore: complures à Philip-  
 pi partibus ceciderunt: inter quos  
 & ipse cum filio, quem cæsaris di-  
 gnitate cohonestauerat, cæsus est.  
 Hoc modo Decius summo potitus  
 est imperio.

Cæterum rebus ob Philippi se-  
 cordiam vbique perturbatione re-  
 fertis, Scythæ Tanaim transgressi,  
 vicina Thraciæ loca prædis agen-  
 dis infestabant: quos adgressus De-  
 cius, & omnibus præliis superior,  
 præda quoque recepta, qua potiti  
 fuerant, quominus domum reuer-  
 terentur, ab itum eis intercludere  
 conabatur, & vniuersos ad inter-  
 necionem delere cogitabat, ne de-  
 nudò coactis copiis irrueret. Quum-  
 que Gallum ad Tanaidis ripam sa-  
 tis magnis cum copiis collocasset,  
 ipse cum reliquis ad hostem pro-  
 prius accedebat. Rebus ei ex animi  
 sententia succedentibus, Gallus ad  
 moliendum res novas conuersus,  
 legatis ad barbaros missis, vt in so-  
 cietatem insidiarum aduersus De-  
 cium venirent hortabatur. Illis cu-  
 pidissimè quod imperatū erat ac-  
 cipientibus, Gallus quidem custo-  
 diendæ ripæ Tanaidis intentus e-  
 rat: barbari verò trifariam diuisi,  
 quodam in loco primam aciem in-  
 structam collocabant, quem locum  
 palus quædam à fronte muniebat.  
 Vbi multos ex eis Decius intere-  
 misset, acies secunda superuenit:  
 qua ipsa quoque in fugam acta,  
 pauci quidam ex acie tertia pro-  
 pter paludem conspecti sunt. Ibi  
 quū Gallus per indicia Decio signi-  
 ficasset vt eos per ipsam paludē in-  
 uaderet, imprudenter ob locorum  
 ignorantia progressus, & cū copiis  
 quas secū ducebat, in luto defixus,  
 & à barbaris vndique telis petitus,  
 vnà cū iis quos propter se habebat,

nemine prorsus euadendi facultatem nancto, periit. Ac Decius quidē, optimè administrato imperio, huiusmodi vitæ finem habuit.

¶ Quum primùm verò Gallus ad imperium peruenisset, ac Volusianum filium augustum appellasset, tantùmque non clamaret, Decium cū exercitu suis insidiis perditum, res barbarorum prosperæ incrementum ceperunt. Non enim cum præda tantùm Gallus eis ut suos intra fines redirent permisit: verumetiam quotannis certam pecuniæ summam dare promisit, & ex captiuis nobilissimum quemq; per vim abduci passus est: quorum plerique capta Thraciæ Philippopoli hostium in potestatem venerant.

His rebus in hunc modum gestis, Romam Gallus venit, magnos ob constitutam cum barbaris pacem spiritus gerens: ac initio quidem imperii Deciani memoriam cum honore ac beneuolentia vsurpabat, & alterum ex filiis eius superstitem adoptabat: sed progressu temporis veritus nequi rerum nouarum studiis adsueti, regiarum in Decio virtutū memoriam aliquando suis cum animis repetentes, eius filio summam rerum traderent, mortem homini per insidias parat, nec adoptionis vlla nec honesti ratione habita.

Quum autem negligenter imperium Gallus administraret, primùm quidem Scythæ nationibus sibi vicinis terrorem incutiebant: deinde paullatim progressi, ad ipsum vsque mare sitas regiones populabantur: adeò quidem ut nulla gens Romanæ ditionis ab eis non vastata relinqueretur, sed omnia, propè dixerim, oppida non munita mœnibus, & munitorum magna pars, caperentur. Nec minus bello ab omnibus partibus ingruente, lues etiam pestilens in oppidis atque vicis subsequuta, quidquid erat humani generis reliquum absumpsit: quæ sanè numquam superioribus sæculis tantam hominum stragem dederat.

Rebus in hunc modum comparatis, quum imperatores rempublicam defendere non possent, & omnia extra Romam posita negli-

σταφυγείν οὐδενὸς δευηθέντος. Δεκίω μὲν οὐκ ἄριστα βεβασιλευκόη τέλος τριόνδε σιπέθη.

¶ Παρελθόντος δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Γάλλου, καὶ σιωαναδείξαντος ἑαυτῶν τὸν παῖδα Οὐλοουσιανὸν βασιλέα, μόνου τε οὐκ ἔβωωντες ὡς ἐξ ὀπιβουλής αὐτῶ Δέκιος μετὰ τῷ στρατεύματι διεφθάρη, τὰ δ' ἀημερίας τῶν βαρβάρων αὐξίλω ἐλάμβανεν. οὐ γὰρ μόνον ἐπαυελθεῖν αὐτοῖς εἰς τὰ οἰκεία ζυωεχώρη μετὰ τῆς λείας ὁ Γάλλος, ἀλλὰ καὶ χημάτων ἢ μέτρον ἔποις ἐκάστου χορηγεῖν ὑπέχετο, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις οἱ μάλιστα τῶν ἀπαγειδῶν ἦσαν, ἐνεδίδου κατ' ἐξοισίαν ἀπάγειν, ὧν οἱ πλείους ἐκ τῆς ἐν Θράκη Φιλίππου πόλεως ἀλούσης ἔτυχον εἰλημμένοι.

Ταῦτα οὐκ οὕτως ὁ Γάλλος διωκηκῶς εἰς τὴν Ρώμην ἀφίκετο, μέγα φρονῶν ὅτι πεθεῖση πρὸς τοῖς βαρβάροις εἰρήνη· καὶ τὴν αὐτῶ ἀρχὴν ἀφήμους τῆς Δεκίου βασιλείας ἐμέμνητο, καὶ τὸν ἐπ' αὐτὸν τῶν αὐτῶ παίδων ἐποιεῖτο χρόνου δὲ περιόντος, εἰς δεὸς κατασας μήποτε ἕνὲς τῶν εἰς τὰ πράγματα νεωτερίζειν εἰωθότων, εἰς μνήμην τῶν Δεκίου βασιλικῶν ἀρετῶν ἀνατρέχοντες, τὰ τούτου παῖδι τὴν τῶν ὀλων ἀρχὴν ἀφιδόειν, ὀπιβουλεύει θάνατον αὐτῶ, οὐτε τῆς ποιήσεως, ἔτε τῷ καλῶς ἔχοντος λόγον ἕνα πιησάιδμος. με-

Ἐκμελῶς δ' τῷ Γάλλου τὴν ἀρχὴν, τὰ ταχειζομῶν, Σκύθαι πρὸς τὸν μὲν ἠπλοσιόχωρα σφίσι συνετάρατον ἔθνη περιόντες δὲ ὀδῶ, καὶ τὰ μέχρι θαλάττης αὐτῆς ἐληίζοντο· ὡς τε μηδὲ ἐν ἔθνος Ρωμαίοις ὑπέηκον ἀπόρητην ὑπὸ τούτων καταλειφθῆναι, πᾶσαι δὲ ὡς εἰπεῖν ἀπέχισον πόλιν, καὶ τῶν ὠχυρωμῶν τείχεστας πλείους ἀλῶναι. οὐκ ἦτιον δὲ τῷ πατρὶαρχῶν ὀπιβρίσαντος πολέμου καὶ ὀλομὸς πόλεσι τε καὶ κώμασι ὀπιχρόμῶν, εἰπ λελημμένον ἕν ἀθρώπειον γῆρος διεφθειρεν, οὐπω πρὸς τὸν ἐν πῖς φθάσαις χρόνοις τσαύτῃ ἀθρώπων ἀπώλσαι ἐργασάιδμος.

Ἐν τούτοις δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ τῶν κρατιώτων οὐδαμῶς οἰώντε ὄντων ἀμύσαι τῶν πολιτύματι, πάντα δὲ τὰ τῆς Ρώμης ἔξω φειορώντων,

Scr. εἰπεποιεῖτο: αὐτὸν ἔποιεῖτο, quia sequitur ποιήσεως, non εἰσποιήσεως.

αἰθῆς Γότθοι καὶ Βορρανοὶ καὶ Οὐρβρουῶ-  
δοι καὶ Κάρποι τὰς κτ' πλὴν Εὐρώπην ἐ-  
ληίζοντο πόλεις, εἴ τι φειλελεμμένον ἰὼ  
οἰκειοῦντο. Πέρσαι δὲ πλὴν Ἀσίαν ἐπήε-  
σαν, πλὴν τε μέσσην κατασφερόμενοι τῶν πο-  
ταμῶν, καὶ ὅτι Συρίαν περιῶντες, ἄχρι  
καὶ Ἀνποχίας αὐτῆς· ἕως εἶλον καὶ ταύ-  
τω, τῆς ἐώας πάσης μηδ' ἑπολιν οὔσαν·  
καὶ τοὺς μὲν κατασφάζαντες τῶν οἰκητόρων,  
τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἀπαγαγόντες, ἅμα  
λείας ἀναειδημῆτω πλήθει οἴκαδ' ἀπήε-  
σαν, πᾶν ὅποιον ἴδιον ἢ δημόσιον τῆς πό-  
λεως οἰκοδόμημα διαφθείραντες, οὐδένος  
παντάπασιν ἀνίσταντος. Πέρσαις μὲν οὖν  
ἔξεργάτο ῥαδίως πλὴν Ἀσίαν κατακτῆσα-  
σαι πᾶσαν, εἰ μὴ τῆ τῶν λαφύρων ἐσφο-  
λῆ φειλαρεῖς γρονότις, ἀσμένως ταῦτα  
φειλάσαι καὶ ἀπαγαγῆν οἴκοι διανοήθη.

Τῶν δὲ Σκυθῶν ὅσον ἰὼ τῆς Εὐρώπης  
ἐν ἀδείᾳ πολλῇ νεμομένων, ἤδη δὲ καὶ δια-  
βαίντων εἰς πλὴν Ἀσίαν, καὶ τὰ μέχρι Καπ-  
παδοκίας καὶ Γισινοῦτος καὶ Ἐφέσου ληϊ-  
σασσῶν, Αἰμιλιανὸς Παιωνικῶν ἡγούμε-  
νος τάξεων ἀτόλμοις ὄντας τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν  
σραπῶτας ἀνίστηναι τῆ τῶν βαρβάρων δι-  
μερία, φειλαρεῖς ὡς οἴοσθε ἰὼ, καὶ τῆ  
τῶν Ῥωμαίων ἀξιώματος ἀναμνήσαι, ἐ-  
πήει τοὺς ὑπερεῖσι ἐκείσε βαρβάρους ἀ-  
φειλαδοκῆτως, καὶ τοὺς πολλοὺς ἀφελῶν, ἤδη  
δὲ ἐὶ ὅτι πλὴν ἐκείνων γλῶ τοὺς σραπῶτας  
διαβιάσας, καὶ φειλαδόξως πᾶν τὸ φειλα-  
πῶν διαφείρας, φειλα πᾶσαν τε ἐλπίδα  
τὰ Ῥωμαίοις ὑπῆκοα τῆς ἐκείνων μαρίας  
ἐλθῆ φειλάσας, ἀφειλα φειλα τῆ τῆδε σρα-  
πῶτων ἀποκράτωρ. σφειλα γρονὸν ἢ τὰς αὐ-  
τόδι δυνάμεις, ἐκ τῆς κτ' τῆ βαρβάρων νί-  
κης ἐξέρωιδρεσέρας Γεχημηδίας, ὅτι πλὴν  
Ἰταλίαν ἤλαυνεν, ἀφειλα κλύω τῆ Γάλλω  
βυλόμενος εἰς μάχην ἐλθεῖν. ὅ τῆ τῆ κτ' ἢ  
ἐώαν φειλα γμένων ἀνήκοος ὄν, αὐτὸς  
μὲν τοὺς φειλα τυχοῦσι φειλα κλύω φειλα. Βα-  
φειλα φειλα δὲ ἐφειλα τὰ ἐν Κελτοῖς καὶ Γερ-  
μανοῖς τάγματα οἴσοντα. μετὰ πολλοῦ δὲ  
τάχους Αἰμιλιανοῦ τῆ Ἰταλία φειλα γρον-  
όντος, ἐπειδὴ πλησίον ἀλλήλων γρονε τὰ  
σραπῶματα, πολλῶ πὸν Γάλλον ἐλαττοῦ-  
μενον τῆ δυνάμεισιν ὄραντες οἱ σφειλα αὐτὰς,  
καὶ ἅμα φειλα τὸ ἐκμελές καὶ ἀφειλα μέ-  
νον τὸ ἀφειλα φειλα φειλα φειλα, ἀφειλα φειλα

gerent: rursus Gotthi, & Borani, &  
Vrugudi, & Carpi, ciuitates in Eu-  
ropa deripiebant, quidquid eis su-  
perabat, sibi auferentes: Persæ verò  
Asiam inuadebāt, Mesopotamiam  
occupantes, & in ipsam progressi  
Syriam, ad urbem Antiochenā vs-  
que: donec & illam totius orientis  
metropolim caperent, & incolis e-  
ius partim cæsis, partim in seruitu-  
tem abductis, infinita cum præda  
domum discederent, omnibus tam  
priuatis quàm publicis ciuitatis æ-  
dificiis, nullo penitus resistente di-  
rutis. Ac Persis quidem in procliu  
fuiſſet tota potiri Asia, si nō ob im-  
mēsam vim spoliūm lætabundi,  
nimis ea cupidè seruare, domūm-  
que deportare cogitassent.

Scythis autem, quotquot erant  
in Europa, securè degentibus, &  
iam in Asiam quoque transgressis,  
omniaque ad Cappadociam, & Pe-  
finuntem, & Ephesum vsque depo-  
pulis: Aimilianus ordinum Pan-  
nonicorum dux, militibus suis, qui  
parum habebant animi ad resisten-  
dum prosperæ barbarorum for-  
tunæ, quanto poterat opere con-  
firmatis, & dignitate populi Ro-  
mani ad animum eis reuocata: im-  
prouisus barbaros in iis locis re-  
pertos adgressus est. Quumque  
magnam eorum partem occidisset,  
milites in barbaricum trans-  
duxisset, inopinatò quidquid oc-  
curreret obruncasset, præter om-  
nem denique spem imperio Ro-  
mano subiectos illorum furore li-  
berasset, à militibus suis impera-  
tor dictus est. Itaque coactis eo-  
rum locorum copiis, quæ iam ex  
parta contra barbaros victoria cō-  
firmatiores animis erant factæ: I-  
taliā versus mouit, cum impera-  
to Gallo manū conferturus. Ille,  
per orientem gestorū ignarus, qui-  
buscumque poterat rebus se mu-  
niebat, & Valerianum ablegabat,  
Gallicas atque Germanicas legio-  
nes adlaturum. Quum magna ce-  
leritate suos Aimilianus in Italiā  
adduxisset, propèque se constitif-  
ſent exercitus: qui cum Gallo mi-  
lites erant, amplitudine copiarum  
hunc longè inferiorem esse viden-  
tes, & simul ad hominis ignauiam  
negligentiāmq; respicientes, ipsum

Font. ἐξέρχεται  
το ἀφειλα.

cum filio necant : quorum quidem in partes Aimiliani transitione facta, stabilitum illius imperium videbatur.

Sed Valeriano vires trans Alpes collectas in Italiam ducente, magnaque cum hominum multitudine alacriter Aimilianum debellare cogitante, quod hunc sui potius militari quam imperatorio more res aggredi cernerent, veluti non idoneum regno de medio tollunt.

¶ Valerianus, de communi omnium sententia summum imperium adeptus, magno studio rebus recte constituendis incumberebat. Scythis autem suis ex sedibus egressis, & præter hos Marcomannis quoque per irruptiones finitima Romano imperio loca populantibus: ad extremum periculum Thesalonica redacta fuit: cuius obsidione vix magno labore soluta, fortiter hosti resistantibus iis qui in urbe erant, tota Græcia perturbationibus vexabatur. Athenienses moenia sua reficiebant, quibus ab eo tempore quo à Sulla diruta fuerat, nulla erat adhibita cura: Peloponnesii muro cingebant Isthmum: & publicæ ab omni Græcia tuendæ causa regionis excubiæ habebantur.

Valerianus, animadverso periculo quod imperio Romano cunctis ex partibus immineret, Gallienum filium, imperii consortem facit: & rebus undique urgentibus, ipse versus orientem movet, ut Persis resisteret, Europæos exercitus filio tradit, cohortatus eum, cum iis copiis irruentes undique barbaros oppugnaret. Gallienus, videns Germanicas gètes cæteris infestiores esse, quæ adcolas Rhæni Gallicas nationes acrius vexarent, hæc partem sibi propugnandam ab hostibus sumebat, aliis, qui per Italiam, Illyricum, Græciamque, prædis agendis intenti essent, duces cum eorum locorum exercitibus bellum facere iussit. Ac ipse quidem Rhæni transiectus custodiens, quantum præstare poterat, interdum transitu hostes arcebat, interdum transeuntibus suos instructos obiciebat. Sed quod ingenti cum mul-

αὐτὸν μετὰ τῆς παιδὸς καὶ προσχωρήσαντες Αἰμιλιανῶ, κρατύειν ἔδειξαν αὐτῶ τὴν ἀρχήν.

Βαλεριανὸς δὲ μετὰ τῆς ἑσθῆς Αἰλιπείας δυνάμεων ὅτι τὴν Ἰταλίαν ἐλαύνοντος, καὶ σὺ πολλῶ πλήθει τὸν Αἰμιλιανὸν καταπολεμήσει προσθυμούμενος, θεωροῦντες οἱ σὺ αὐτῶ στραπωτικῶς μάλλον αὐτὸν ἢ ἀρχικῶς προσίοντα τοῖς πράγμασιν, ὡς πρὸς βασιλείαν ἀναμύδιον ἀναγροῦσι.

¶ Παρελθὼν δὲ Βαλεριανὸς κοινῆ γνώμῃ πρὸς τὸ ὅλων ἀρχὴν, σπουδῆ ἐπιείτω τὰ πράγματα διδραβεῖναι. Σκυθῶν δὲ ἐξ ἡθῶν ἀνασάντων καὶ Μαρκομανθῶν πρὸς τοῦτο ἐξ ἐφόδου τὰ πρῶστικα τῆ Ρωμαίων ἀρχῆ χειρὰ λεηλαπιούτων, εἰς ἕχατον μὲν ἡ Θεσσαλονίκη πεινήσθη κινδύου, μόλις δὲ καὶ σὺ πόνῳ πολλῶ τῆς πλειορκίας λυθείσης, τῶ ἔνδον καρτερῶς ἀπὸχόντων, Ἐραχάης ἡ Ἑλλάς ἐξετάζετο πᾶσα. καὶ Ἀθηναῖοι μὲν τῶ τείχεσι ἐπεμελῶντο, μηδεμίαν ἐξότι Σύλλας τῶτο διέφθειρεν ἀξιοθέντος φρονήδος. Πελοποννήσιοι δὲ τὸν Ἰσθμὸν διετείχισον. κοινῆ δὲ πρὸς πάσης φυλακῆ τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἀσφαλείᾳ τῆς χώρας ἐγένετο.

Σαυιδῶν δὲ ὁ Βαλεριανὸς τὸν πανταχόθεν ὅτι κείμενον τῆ Ρωμαίων ἀρχῆ κίνδυνον, αἰρεῖται Γαλλικὸν τὸν παῖδα τῆς ἀρχῆς κοινῶνόν. ὄνοχλουμένων δὲ τῶ πρῶστικῶν ἀπανταχόθεν, αὐτὸς μὲν ὅτι τὴν ἑώραν ἠλαυνε Γέροισι ἀπὸ σπῆμας, τῶ δὲ παιδὶ τὰ ἐν τῆ Εὐρώπῃ στρατόπεδα παρῶ δίδου, τοῖς πανταχόθεν ὅτι ποδοῖ βαρβάροις μετὰ τῶ ἐκείσε δυνάμεων ἀπὸ σπῆσαι παρεγγυήσας. ὄρων δὲ ὁ Γαλλικὸς τῶ ἄλλων εἶδῶν ὅτι τὰ Γερμανικὰ χαλεπώτερον, σφοδρότερόν τε τοῖς πρὸ τὸν Ρῆνον οἰκοδοῖ Κελπκοῖς ἔθνεσιν ὄνοχλουῦντα, τοῖς μὲν τῆδε πολεμίσι αὐτὸς ἀπὸ τῆδε τοῖς δὲ τῶ πρὸ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὰ ἐν Ἰλλυριοῖς καὶ τὴν Ἑλλάδα προσθυμούμενοις λήισασαι, τοῖς στρατηχοῖς ἅμα τοῖς ἐκείσε στρατεύμασιν ἔταξε διδραπολεμεῖν. αὐτὸς μὲν οὐκ αὐτῶ τῶ Ρῆνου διδραβάσεις φυλάττων, ὡς οἶόντε ἰὼ, πῆ μὲν ἐκώλυσε

μικρὸν ἐλάττωτος πολεμῶν, ἐν ἀπόροις τε  
ῶν, ἔδοξεν ἐν μέρει τὸν κινδυνὸν ἐλαττωῦ  
τῆς ἀπονδᾶς πρὸς ἕνα τῶν ἠγευμένων ἔ-  
θνοις Γερμανικῶν πεποιῆσθαι. τοῖς τε γὰρ  
ἄλλοις βαρβάροις ἐκάλυεν οὗτος συνεχεῖς  
δὲ τῆς Ῥήνου ποιῆσθαι τὰς διαβάσεις, καὶ  
τοῖς ὀπποῦσιν ἀδίστατο, καὶ τὰ μὲν παροι-  
κιῶτα πρὸς Ῥώων ἐν τοῦτοις ἔω.

Βορανοὶ δὲ καὶ Γότθοι καὶ Κάρποι, καὶ  
Ούρουζουῦδοι (ἧν δὲ ταῦτα πρὸς τὸ Ἴστρον  
οἰκοῦντα) μέρος οὐδὲν τῆς Ἰταλίας ἢ τῆς  
Ἰλλυριδὸς καταλιπόντες ἀδ' ἡώτων διετέ-  
λου, οὐδὲν ἄνδισα μέρους πάντα ὄπινε-  
μόνδροι. Βορανοὶ δὲ καὶ τῆς εἰς τὴν Ἀ-  
σίαν διαβάσεως ἐπειρῶντο· καὶ ῥᾶόν γε  
καπεπράξαντο ταύτῃ δὲ τὸ οἰκοῦντων τὸ  
Βόσπορον, δὲ μᾶλλον ἢ γὰρ πλοῖα τὸ δὲ-  
δακότων, καὶ ἠγευμένων τῆς διαβάσεως.  
ἔως ἂν γὰρ βασιλεῖς αὐτοῖς ἦσαν, παῖς πα-  
ρὰ πατρὸς ὀκδοχόμενοι τὴν ἀρχὴν, δὲ τε  
τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, καὶ τὸ τῶν  
ἐμποριῶν ἀσύμβολον, καὶ τὰ πρὸς τῶν  
βασιλέων αὐτοῖς ἔπεις ἐκάστου πεμπόμενα  
δῶρα, διετέλου ἔργοντες ὅτι τὴν Ἀ-  
σίαν διαβῶναι βουλομένοις τοῖς Σκύθαις  
ἐπεὶ δὲ τῆς βασιλικῆς ἡγεμονίας διαφθαρέν-  
τος ἀνάξιοι υἱὲς καὶ ἀπερρίμμενοι τῆς  
ἠγεμονίας κατέστησαν κύριοι, δεδιότες ἐφ'  
ἑαυτοῖς τὴν δὲ τῆς Βόσπορου τοῖς Σκύθαις  
ὅτι τὴν Ἀσίαν δεδώκασιν παράδοτον, πλοίοις  
αὐτοῖς οἰκείοις διαβῶσάντες· ἀ πάλιν  
ἀναλαβόντες, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου.

Τὰν δὲ Σκυθῶν τὰ ἐν πρὸς πάντα ληϊ-  
ζομένων, οἱ μὲν τὴν πρὸς Ἰταλίαν οἰκοῦντες  
à Phœnicibus totidem, ab Ionibus & Doriensibus Asiaticis sexaginta: Cyprii triginta, Cares viginti, Bithyni triginta, Africani quinquaginta suppeditabant. Peditum habebat ad centum & quinquaginta prope millia, equitum quindecim millia, quos Phrygia Cappadociâq; præbebat. Et Constantini quidem classis erat in Piræo, Licinnii naues ad Hellepontum. In hunc modum constitutis ab utroque nauticarum ac terrestrium copiarum rebus, Adrianopoli in Thracia castra Licinnius habebat, & Cōstantinus e Piræo suas naues, e Græcia maiorem partem collectas, arcessebat. Simul terrestri cum exercitu Thessalonica progressus, propter ripam fluminis Hebri, qui ad læuam Adrianopolim adluit, castra faciebat. Quum & Licinnius suos instruxisset à monte qui oppido imminet, ad ducenta vsque stadia, ubi . . . . . fluius Hebri coniungitur, compluribus diebus aduersis utrinque castris exercitus substiterūt. Sed animaduerso Cōstantinus qua parte flumen esset artificiosissimū, tale quidam machinatur. Ligna de monte comportare iubet exercitum, funesque necere, quasi pontem supra flumen facturus esset, ac per eum copias suas transportaturus. qua quidem re deceptis opinionibus hostium, & colle quodam cōscenso, qui filuas habebat densas, & abditis per eas tegendis idoneas, peditum ibi sagittariorum quinque millia, cum equitibus octoginta collocabat. Deinde sumtis secum duodecim equitibus, per fluminis angustias, qua trāfici facillimè poterat, Hebri superato, improuisus in hostes irruit: tum verò quidam cædi, quidam toto impetu terga dare, alii casu inopinato territi, ore diducto consistere, propter hostis inexpectatam hanc trāfectionem. Quum interim & equites ceteri toto cum exercitu securi ad alteram ripam euasissent, ingens hominum cædes accidit. nam ad triginta & quatuor hominum millia ceciderunt. Sub occasum solis castra Cōstantinus cepit: Licinnius autem suis, quotquot sanè poterat, recollectis, per Thraciam properabat, ut ad classem perueniret.

Ἴωνες δὲ καὶ Δωριεῖς οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔξήκοντα, Κύπριοι δὲ τετράκοντα, καὶ Κᾶρες εἴκοσι, Βιθυνοὶ δὲ τετράκοντα, καὶ πεντήκοντα Λίβυες. οἱ δὲ πεζοὶ στρατὸς ἡν πεντήκοντα καὶ δέκα πημιλάδων, ἵππεῖς δὲ πεντακισχίλιοι τε καὶ μύριοι. Τούτους τε Φρυγία καὶ Καππαδοκία παρέειχεν. ὠρμίθησαν δὲ αἱ νῆες ἐν τῷ Γεγραμμένῳ αἰ Κωνσταντίνου, καὶ δὲ τὸν Ἑλλησπόντον αἰ Δικίννιος εἶχεν. οὕτω τὸ ναυτικὸν τε καὶ πεζῶν ἐκατέρωθεν ταχθέντων, ὁ μὲν Δικίννιος ἐν Ἀδριανῶν πόλει τῆς Θράκης τὸ στρατόπεδον εἶχε. Κωνσταντίνος δὲ ἐκ τῆς Πειραιῶς τὰς ναῦς μετεπέμπετο, καὶ τὸ πλέον ἐκ τῆς Ἑλλάδος οὖσας. ἐκ δὲ τῆς Θεσσαλονίκης ἅμα ὡς πεζῶν παρελθόντων καὶ πλωτῶν ἠϊόνων τῷ Ἑβρου ποταμοῦ, τῆς Ἀδριανουπόλεως ἐν ἄριστῳ ἰόντος, ἐστραπέδευεν. ὁπταξαιτος δὲ καὶ τῷ Δικίννιου πλωτῶν δυνάμει ἀπὸ τῆς ἑσπέρου τῆς πόλεως ὑποὶ ἀρχῆς σαδίων δισκοσίων κατὰ τὸ πῶτος \* εἰς ποταμὸς τῷ Ἑβρω συμβάλλει, συχρᾶς μὲν ἡμέρας ἀλλήλοισ ἀπὸ ἀπέθετο τὸ στρατόπεδα. κατὰ τὴν ἰσῆσας δὲ ὁ Κωνσταντίνος ὅτι μάλιστα σενόπερος ὅστις ὁ ποταμὸς ἐκ τῆς πόλεως, τοῖον δὲ μηχανάται. ξύλα κατὰ γὰρ ἐκ τῶν ὄρων ἐπέταπτε τῷ στρατόπεδα, καὶ χροῖκος πλέκειν, ὡς δὲ μέλλων ζυγιστῶν χεφύρα τὸν ποταμὸν, καὶ τῷ δισκοσίων πὲν στρατεύματα. τούτω δὲ βουκολήσας τοῖς ἐναντίοις, ἀεὶ λθὼν ὅτι ἕνα λόφον ὑλας συνεχρῆς ἔχοντα, καὶ λυπὴν τοῖς ἐντὸς ὄντας αὐτῶν δυνάμεις, ἐγκατέστησεν αὐτοῖσι πεζοῖς μὲν ἑξήκοντα πεντακισχίλιοις, ἵππεας δὲ ὀδοήκοντα. δώδεκα δὲ τῶν λαβῶν ἵππεας, ἅμα τούτοις δὲ τῷ σενῶν, κατὰ τὸ μάλιστα δισκοσίων ὁ ποταμὸς ἡν, ὑποὶ τῶν Ἑβρον ἀδοκίμης ἐμπήπει τοῖς πολεμίοις, ὡς πεσεῖν μὲν ἕνας, πολλοὺς δὲ φυγεῖν περὶ τὸ πᾶν, τοῖς ἄλλοις περὶ τὸ ἀφνίδιον κατὰ πηληγμένους ἐστῆσαι κηχνηότας ὅτι τῷ τῆς δισκοσίων ἀδοκίμης. ἐπὶ ἀδείας δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἵππεων περαιοθέντων, καὶ ἐξῆς παντὸς τῷ στρατεύματος, πολλοὺς μὲν ἐχρῆστο φόνοσ. ἔπεσον γὰρ μετὰ δέσ που τρεῖς καὶ τετρακισχίλιοι. τῷ ἡλίου δὲ περὶ δύσιν ὄντος, ὁ μὲν Κωνσταντίνος \* ὡς ἐλάμβανε τὸ στρατόπεδα, Δικίννιος δὲ ὅσοις οἴσπε γερονε τῶν οἰκείων ἀναλαβῶν, ἤλαυνε δὲ τῆς Θράκης, ὡς αὐτὸ ναυτικὸν καταλάσει.

Quum

Ἡμέρας δὲ ἡμοιομένης, πάντες ὅσοι τῷ Λικιννίου στρατεύματος καὶ τὸ ὄρος ἢ εἰς φάραγγας ἔτυχον πεφλυγότες, ἔξεδουσαν ἑαυτοὺς Κωνσταντῖνω, μετὰ τῷ ἀπολειφθέντων τῆς Λικιννίου φυγῆς. Λικιννίου δὲ φυζόντες εἰς τὸ Βυζάντιον, ὁ Κωνσταντῖνος κατόπιον ἔχων, καὶ τὸ Βυζάντιον ἐπολιόρκει. τῷ δὲ ναυπηγῷ, καὶ θάλασσαν εἰρηταίμοι, τῷ δὲ Περραιῶς ἐκπαύσαντος, εἰς δὲ Μακεδονίαν ὀρμιζομένου, μετὰ πέμπεται τοῖς ναυάρχοις ὁ Κωνσταντῖνος, ἐν τῷ σώματι τῷ Ἑλλησπόντου τὰς ναῦς ὡς ἀγγεῖλαι καλῶσας ἀφικομένου δὲ τῷ σόλῃ καὶ τῷ περσπαχθέν, οἱ μὲν Κωνσταντῖνου στρατηγὸι μόροις ὀγδοήκοντα τετρακοντόροις τὰς ἄριστα πλεούσας ἔγνωσαν ναυμαχίην, οἷα τῷ τόπου δὲ πῶ σενότητα πλήθι νεῶν οὐκ ὄντος ὀπιτηδείου. Ἄβαντος δὲ ὁ Λικιννίου ναύαρχος δεκάσιαις ἐπέπλει ναυσὶ, σφόδρα καταφροῦν τῆς τῷ ἀντιπάλων νεῶν ἐλιγρότητος, καὶ ἐν μέσῳ ταύτας λήψασα ῥαδίως οἰόμενος. ἀρθέντων δὲ τῷ σημείων ἐξ ἑκατέρου, καὶ τῶν περσέων ἐπιδόντων ἀλλήλοις, οἱ μὲν Κωνσταντῖνου ναυαρχοὶ σὺ κόσμῳ τοῖς ἐναντίοις ὀπιόντες ἔπλεον. τῷ Ἄβαντι δὲ σὺ οὐδεμίᾳ τάξει τὸν καὶ τῷ ἐναντίων ὀπιπλοῦ ποιουμένου, περσέεσσι μὲν τὰς ναῦς ἀλλήλαις, τῷ πλήθει σενοχωρουμένης, καὶ παρεδίδου ἔσπονδινὰ τοῖς ἐναντίοις εἰς κατάδυσιν τε καὶ παντοίαν φθοράν. πολλῶν δὲ καὶ αὐτῶν στρατιωτῶν εἰς θάλασσαν ἐκπεσόντων, νύξ ὀπιημομένη πῶ ναυμαχίαν διέλυσε. καὶ οἱ μὲν εἰς Ἐλεουῖτα τῆς Θράκης ὠρμίωσαν, οἱ δὲ εἰς τὸν Αἰαῖνον εἰσέπλευσαν λιμένα. τῇ δὲ ὑπεραίᾳ τῷ βορέου πολλοὺς πνύσαντες, περσέων Ἄβαντος τῷ Αἰαντίου λιμένος, εἰς ναυμαχίαν παρέσκηδύαζετο. τῷ ἡμειράντων ἐν τῷ σώματι τῷ Ἑλλησπόντου πεντηκοντόρων, ἐκ περσάγατος τῷ στρατηγῶν ἀφικομένων εἰς Ἐλεουῖτα, καταπλαγίς ὀπι τῷ πλήθει τῶν νεῶν Ἄβαντος ὀνεδύαζεν ὀπιπλῦσαι τοῖς ἐναντίοις. ὡς δὲ μέσην ἡμέραν ὑπέρρει μὲν τὸ βορειὸν πνύμα, νότος δὲ πνύσας πλῆθι, καὶ τὸν Λικιννίου σόλον περσέων τῆς Ἀσίας διρῶν ἡϊόνι, τὰς μὲν ὀκείλειν ἐποίησεν, τὰς δὲ πέτραις περσέεσσι, τὰς δὲ αὐτῶν ἀνδρῶν κατέδυνεν ὡς τε ἀνδρας μὲν πεντακαχλίους,

Rectius scribitur ἐνεδύαζεν.

Quum illuxisset, omnes Liciniani milites, qui arrepta fuga vel in montem fortè vel in conualles se contulerant, Constantino in fidem se tradiderunt, unà cum iis quos Licinnius fugiens à tergo reliquerat. Eo Byzantium fuga delato, Constantinus hominem persequens, Byzantium obsedit. Iam Constantini classis (ut diximus) è Piræo soluebat, & in Macedonia stationem habebat. itaque nauarchos arcessit, nauibus ad ostium Hellesponti adesse iussis. Vbi classis præsto iam esset, velut imperatum fuerat, Constantini duces, octoginta duntaxat expeditissimis nauibus, quæ triginta singulæ remis impellerentur, dimicandum censuerunt: quòd is locus, propter angustias, magno nauium numero non esset opportunus: Abantus autem, Licinnianæ classis imperator, ducentis nauibus inuehebatur, & hostilium nauium paucitatem vehemèter contemnebat, quas ab omni parte se nullo negotio putaret inclusurum. Sublatis utrinque signis, & proretis in aduersos tendentibus, Constantini nauarchi sic suas agebant naues ut hostem compositè adorirentur. Abantus autem nullo ordine in aduersos impetum faciens, naues suas ob multitudinem in artum coactas inter se collidebat, quodamque modo demergendas & variè perdendas hosti præbebat. denique multis militibus in mare præcipitatis, nox superueniens nauale prælium diremit: & alteri quidem ad Eleuntem Thraciæ adpulerunt, alteri portum Æantium ingressi sunt. Postridie eius diei, quum vehemètes aquilonis flatus essent, Abantus egressus Æantio portu, naualem ad pugnam se parabat. Sed quòd ex triginta remorum naues, quæ ad ostium Hellesponti substiterat, iam mandato ducum Eleuntem se contulissent, Abantus nauium multitudine territus, de inuadendis hostibus animi dubius hærebat. Circa meridiem flatus aquilonalis remittebat, & exortus auster vehemens, Licinnii classem ad litus Asiaticum repertam, partim in ipsum litus eiecit, partim saxi impexit, partim cum vectoribus demersit: ita quidem ut hominum quinque millia,

H. j.

naues cum hominibus centum & triginta perirent, quibus è Thracia partem exercitus in Asiam Licinnius propterea transmiserat, quòd obsessis cum eo Byzantium præ multitudine nimis artum fuisset. Quum autem in Asiam nauibus quatuor Abantus aufugisset, & nauale prælium hoc modo pugnatum esset, iamque naues ad Hellespontum adpulissent, quæ varias merces & maximam commeatus copiam Constantini ducibus adtulerant: vniuersa illi cum classe soluebant, vt se cum iis qui Byzantium obsidebant coniungeret, & urbem mari quoque cingerent. Licinnii pedites, quum ne conspectum quidem copiarum illarum nauticarum sustinuissent, nauigia nacti Eleuntem discesserunt.

Constantinus obsidionem vrgens, quum aggerem paris cum muro altitudinis excitasset, & turres ligneas ipso muro sublimiores in aggere constituisset, de quibus muri defensores telis petebantur, vt arietes aliæque machinæ muro citra periculû admoueretur, urbem omnino capere cogitabat. His Licinnius ad inopiã consilii redactus, statuit, deserto Byzantio, & ibidem exercitus infirmiori parte relicta, cum maximè idoneis, qui & beneuolentiam ei suam probauerat, Chalcedonem Bithyniæ quamprimum se recipere. Nam fieri posse credebat vt rursus ex Asia collecto exercitu dimicaret. Quamobrem nauigio Chalcedonem delatus, adiunctum sibi socium periculi Martinianum, qui ordinum palatinorum duxerat (Romani magistrum officiorum vocant) cæsarem dicit, & cum exercitu Lampfacum mittit, impediturum quo minus hostes è Thracia trāsirent ad Hellespontum: ipse copias suas in collibus & sitis ad Chalcedonem faucibus collocat.

His rebus intēto Licinnio, Constantinus, qui & onerariarum & bellicarum nauium ingentem numerum haberet, & per has aduerso litore potiri vellet, veritus inaccesas onerariis præsertim nauibus Bithynici litoris oras, celoces & cymbas quamcitissime struit, & iis ad promotorium sacrum, quod dicitur

ναὺς δὲ αὐταῖς ἀνδροῖς διαφθαρῆναι τεύχοντα καὶ ἕκατόν, δι' ὧν ἔτυχεν ὁ Λικίννιος τῆς στρατῶν μέρος ἐκ τῆς Θράκης εἰς τὴν Ἀσίαν ἐκπέμψας, οἷα σενωχωρουμένων τὰ πλήθῃ τῶν μετὰ Λικιννίου πολιορκουμένων ἐν τῇ Βυζαντίῳ. φυζόντος δὲ Ἀβάντου μετὰ τεσσάρων νεῶν εἰς τὴν Ἀσίαν, ἔα μὲν τῆς ναυμαχίας τῶτον διεπολεμήθη τὸν τρόπον: πλοίων δὲ παντοῖα κομιζόντων φορτία εἰς τὸν Ἑλλάσποντον ἀφικομένων, ἐπλείσθη ὀπιτηδείων ὑποείαν τοῖς Κωνσταντίνου στρατηγῶς ἐμπορησάτων, αἰήροντο μὲν οὐπι μετὰ τῆς σόλου παντὸς, ὡς τοῖς τῷ Βυζαντίῳ πολιορκουοῦσι συμμίζοντες, κωκυλώμενοι δὲ καὶ διὰ θαλάσσης τὴν πόλιν· οἱ δὲ Λικιννίου πεζοὶ μηδὲ τὴν θάλασσαν τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ὑποσάντες, ὀπιλαβόμενοι νεῶν εἰς τὴν Ἐλεουῦτα ἀπέπλεον.

Ἐγκείμενος δὲ τῇ πολιορκίᾳ Κωνσταντίνος, καὶ χώμα ἴσον ἔχον ὑψος τῷ τείχεϊ κατασκευάσας, πύργους τε σήσας ὀπι τῷ χώματι ξυλίνοις, ὑψηλοτέροις τῷ τείχεϊ δι' ὧν τοῖς τῷ τείχεϊ φυλάττοντας κατατόξθρον, ὡς αὐτῶν ἀδείας κριοῦ καὶ ἄλλας μηχανὰς τῷ τείχεϊ προσάγει, διανοεῖτο τὴν πόλιν ἐλεῖν. Τούτοις ὁ Λικίννιος ἀπορούμενος, ἐγγύθι, καταλιπὼν τὸ Βυζαντίον, καὶ ἐν τούτῳ τῷ τῆς στρατῶν ἀδενέσερον εἰσάσας, μετὰ τῶν ὀπιτηδείων καὶ δειγμάτων ἀνοίας εἰς αὐτὸν ἀποδείξασθαι, εἰς Χαλκηδὸνα τῆς Βιθυνίας δραμεῖν. πεπιστεύκει γὰρ ὡς διωθήσεται, στρατῶν ἐκ τῆς Ἀσίας σιναγαγόν, αὐτῶν αἰαμαχίστασθαι. διαπλεύσας τῶν εἰς τὴν Χαλκηδὸνα, καὶ κοινὸν ἐλόμενος τῷ κινδύνῳ Μαρπνιαγόν, ἡγήμονα τῶν ἐν τῇ αὐτῇ γῆσι ὄντων, (μάγιστρον τῶν ὀφικίων καλοῦσι Ῥωμαῖοι) κείσασθαι κατήσθαι, καὶ μετὰ στρατῶν εἰς Λάμφακον ἐκπέμψει, κωλύσοντα τὴν ἀπὸ τῆς Θράκης ὀπι τὸν Ἑλλάσποντον τῶν ἐναντίων διαβάσιν· αὐτὸς δὲ εἰς τοῖς λόφοις καὶ τὰς περὶ τὴν Χαλκηδὸνα φάραγγας τὴν οἰκίαν ἔτασσε δύναντα.

Τούτου δὲ ὄντος ἐν τούτοις, ὁ Κωνσταντίνος ἔχων πλῆθος νεῶν καὶ φορτίων καὶ πολεμισθειῶν, διὰ τούτων τε βουλόμενος τῆς ἀντιπέραν ἡϊόνος κρατῆσαι, δεδιὼς τὸ τῆς καὶ Βιθυνίας ἡϊόνος ναυσὶ μάλιστ' ἀφορμὴν λαβόμενος, ὀπι τὸν Ἑλλάσποντον ἀφικομένων, ἐπλείσθη ὀπιτηδείων ὑποείαν τοῖς Κωνσταντίνου στρατηγῶς ἐμπορησάτων, αἰήροντο μὲν οὐπι μετὰ τῆς σόλου παντὸς, ὡς τοῖς τῷ Βυζαντίῳ πολιορκουοῦσι συμμίζοντες, κωκυλώμενοι δὲ καὶ διὰ θαλάσσης τὴν πόλιν· οἱ δὲ Λικιννίου πεζοὶ μηδὲ τὴν θάλασσαν τῆς ναυτικῆς δυνάμεως ὑποσάντες, ὀπιλαβόμενοι νεῶν εἰς τὴν Ἐλεουῦτα ἀπέπλεον.

ἄκρον, πρὸς τὴν σόματι τῆς Γόντου κείδρον  
 αἰαπλέει, σαδίοις διακοσίοις Χαλκηδόνος  
 διεστικός· κἀνταῦθα πλὴν στραπιά δ' αποβι-  
 βάσας, ὅππ' ἕνα δ' ἰσχυροὺς ἀνήει, καὶ δὲ αὐ-  
 τῶν παρετάπητο. Λικίνιος δὲ πλὴν Βιθυ-  
 νίαν ἐχομένῳ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ὄρων, ἐν  
 πᾶσι τε κινδύοις ἔξεταζόμενος, Μαρπ-  
 νιανὸν μὲν ἐκ τῆς Λαμφάκου μετακαλεῖ·  
 τοῦ δὲ στραπιάτος ὡς ἀποβιβάσας, καὶ αὐ-  
 τὸς ἠγήσεσθαι σφίσι καὶ ἀποχόρδμος, σιωπῆ-  
 ταίηε τὸ στρατόπεδον ὡς εἰς μάχην· καὶ τῆς  
 πόλεως παρελθὼν ἀπὸ τῆς ἀποβιβάσεως  
 μὲν ἤδη τοῖς ἐναντίοις. μάχης δὲ καρτε-  
 ραῖς ἐν τοῖς μεταξὺ Χαλκηδόνος καὶ τῆς ἱε-  
 ροῦ τόποις γημομένης, ὡς ἀποβιβάσας τὸ Κων-  
 σταντινου μέρος ἐκράτει, σιωπῆ τε τῶν  
 τοῖς πολεμίοις ὅππ' ἐπὶ τὸν εἰργάσατο  
 φόνον, ὡς τε δ' ἀποβιβάσας καὶ δέκα μυριά-  
 δων τρεῖς μόλις διαφυγῆν. Βυζάντιοι μὲν  
 οὖν, ἅμα τὰ ταῦτα γημομένης, τὰς πύλας  
 αἰαπετάσαντες ἐδέχοντο Κωνσταντινον. ἐ-  
 ποίου δὲ ταῦτα καὶ Χαλκηδόνιοι. Λικίν-  
 νιος δ' ἐμπαρὲς πλὴν ἤπειαν εἰς Νικομήδην ἐ-  
 χῶρει σιωπῆς ἀποβιβάσας ἰππεῦσι, καὶ  
 περὶ τῶν χιλιάσιν ὀλίγαις. Ἐν τούτῳ  
 ὡς χρόνῳ πρὸς βασιλέα Κωνσταντινον ἦν το  
 μόλησε Πέρσης ἀνὴρ, Ὀρμισδης ὄνομα, τῆ  
 βασιλείου γένους, ἔξ ἀίπας τῆς αἰσῆς. τῆ πα-  
 τρὸς αὐτῶν Περσῶν βασιλεύοντος, καὶ πλὴν  
 γημομένης ὅππ' ἐπὶ τὸν Περσῶν  
 νόμον ἠμέραν, Ὀρμισδης εἰσήει θῆραν πᾶ-  
 λῶν εἰσαγαγῆν εἰς τὴν βασιλείαν. τῶν δὲ  
 ἀποβιβάσας τῶν εἰσάγοντων εἰς πλὴν ἀποβιβάσας οὐκ ἐμνη-  
 σάντων αὐτὸν, οὐδὲ καὶ τὸ κατῆκον ἐπανα-  
 σάντων, ἀνακατήσας ἠπέλιπσε τὸν Μαρ-  
 σίου μόνον αὐτῶν ὅππ' ἐπὶ τῆς. οἱ μὲν οὖν  
 πλείοις ἠγνόησαν τὸν λόγον, οἳ δὲ οὐκ ὅππ'  
 χῶρειον ὄντα. Πέρσης δὲ πρὸς ὅππ' ἐπὶ τῆς  
 τῆ Φρυγίας, καὶ τὸ κατῆκον Μαρσύαν ἀκικκοῦς  
 διήγημα, τῆς ἀπειλῆς Ὀρμισδοῦ πλὴν ἐν-  
 νοιαί τοῖς ἀποβιβάσας ἔξείπεν. οἱ δὲ  
 καταχρόντες ἐν μνήμῃ τῶν ἀπειλῶν, ἐπει-  
 δὴ τὸν πατέρα τῆ Ὀρμισδοῦ τελευτήσας συ-  
 νέβη, μεμνημένοι τῶν ἀπειληθέντων, τὸν  
 μὲν ἀδελφὸν τὸν αὐτῶν νεώτερον ὄντα βασι-  
 λέα χροτονοῦσι, καὶ ταῦτα, τῆ νόμου τῶν  
 ἀποβιβάσας τῆ βασιλείας παίδων δίδοντας  
 πλὴν τῶν ὄλων ἠγμονίαν. Ὀρμισδης δ' ἐπέδασ  
 ὅππ' ἐπὶ τῆς, ἐφύλαξεν ἐν ἑνὶ λόφῳ πρὸ

citur, ad ostium Ponti situm, quod-  
 que Chalcedone ducentis stadiis  
 abest, nauigat: & expositis ibi co-  
 piis, quosdam in colles adscendit,  
 ac in iis aciei struendæ locum ca-  
 pit. Licinnius quamquam ab hoste  
 Bithyniam teneri cerneret, tamen  
 ut vir omnibus periculis exerci-  
 tus, Lampfaco Martinianum ar-  
 cessit, & milites exhortatus, quibus  
 se præiturum diceret, ordines ad  
 pugnam instruit, oppidòque egres-  
 sus hostibus iam paratis occurrit.  
 Acri pugna in locis Chalcedoni  
 & fano interiectis inita, lógè Con-  
 stantini pars superior erat, quæ ho-  
 stes ingenti cum impetu adorta,  
 tantam cædem edidit, ut de cen-  
 tum & triginta millium numero,  
 vix triginta millia euaderēt. Quū-  
 primum hæc euenissent, Byzantiæ  
 Constantinum portis apertis acci-  
 piebant: idem & Chalcedoniis fa-  
 ctitantibus. Licinnius victus Nico-  
 mediam cum equitibus reliquis, &  
 paucis peditum millibus, conten-  
 dit.

In hoc tempore Persa quidam,  
 cui nomen Hormisdas, regio san-  
 guine procreatus, ad imperatorem  
 Constantinum ex huiusmodi causa  
 transfugit. Quum pater eius, qui  
 rex Persarum erat, diem suum na-  
 talem more Persico celebraret:  
 Hormisdas regiam ingressus est,  
 magna secum adlata ferinæ copia.  
 Quum inuitati ad conuiuium nul-  
 lo eum honore dignati essent, nec  
 uti decuerat adsurrexissent, indi-  
 gnatus, eos se Marsyæ morte mul-  
 taturum minatus est. Eam oratio-  
 nem cōplures, ut peregrinam, non  
 intelligebant: sed Persa quidam  
 qui vixisset in Phrygia, & narra-  
 tionem de Marsyæ audiisset, mi-  
 narum Hormisdæ sententiam adsi-  
 dentibus exponebat. Illi, memoria  
 minarum suis animis inscripta,  
 quum primum patrem Hormisdæ  
 mori cōtigit, earum recordati, fra-  
 trem ipsius natu minorem regno  
 præficiunt, quantumuis lex maiori  
 natu inter regios liberos rerū sum-  
 mā tribueret: Hormisdam verò cō-  
 pedibus vinctum, in sito quodam  
 ante urbem colle custodiunt. Post-  
 eaquam aliquid temporis inter-

τῆ αἰσῆς ὄντι. χρόνου δὲ ἑνὸς διαδρα-  
 H. ij.

cessisset, vxor eius hoc modo molitur vt euaderet. Magno pisce capto, limam ventri eius indit: eoque rursum confuto, piscem eunuchō fidelissimo tradit: cum mandato vt Hormisdæ diceret, hoc pisce nemine presente vesceretur, & ad opē eo quod in illius ventre reperiret, vteretur. Hoc capto consilio, camelos ablegat vino cibisque copiosis oneratos, & mariti custodibus epulum præbet. Interēa dum epulo custodes intenti sunt, Hormisdas, pisce discerpto, limam inuenit: quæ quum pedibus iniectas cōpedes dissecuisset, & eunuchi stolā induisset, per medios custodes iam temulentos egressus est, sumptoque secum vno ex eunuchis, ad regem Armeniorum, amicū & hospite suum, peruenit. Eius opera tutus & incolumis ad Constantinum se contulit, qui eum omni tum honore, tum benevolentia dignatus est. Sed hæc quidem vt accidere, narrata sunt.

Quum autē Constantinus etiam Nicomediæ Licinnium obsideret, rebus ille desperatis, quod etiam sciret nullas sibi restare iustas & satis amplas ad dimicandum copias: egressus vrbe, supplex Constantino factus est, & ad eum adlata purpura, imperatorem ac dominum clamabat, veniāmque præteritorum poscebat. Nam vitam sibi certō pollicebatur, cuius nomine iusiurandum vxori eius à Constantino præstitum fuerat. Martinianum Constantinus satellitibus suis occidendū tradidit, Licinnio Thessalonicam ablegato, velut illic securē victuro: neque multo post ei, violata iurisiurandi religione (quod quidem Constantino non insolens erat) laqueo vitam ademit.

Posteaquam vniuersum imperium ad vnius Constantini potestatem rediisset, non iam amplius in vitam à natura malitiam tegebat: sed indulgēs animi libidini, omnia pro imperio agebat. Et patris adhuc sacris utebatur, non tam honoris causa quam necessitatis: quod fiebat vt & hariolis, siqui essent experientes, fidem haberet, veluti qui vera ei de rebus omnibus feliciter gestis prædixissent. At vbi Romam venit, omnis adrogantiæ plenus, ab ipso lare sibi sumendum

μόνης ἢ τύπου ζωὴ τῶνδε ἔργων αὐτῶν μηχανᾶται φυγῆναι. ἰχθυὸν ἀρβύσσασα μέγαν, ῥῖνα σιδηρᾶν ἐπέθησι τῆς τύπου νηδύϊ, καὶ ἀναρράψασα δίδωσιν ἀνούχῳ τῶν πισοτάτων εἰπεῖν αὐτὸν Ὀρμισδῆ κελεύσασα, παρόντος οὐδενὸς φαγεῖν τὸν ἰχθυὸν, ἔπειτα καὶ τὴν τύπου νηδύϊ διρρυσκομένῳ χηρῶσασα πρὸς βοήθειαν. τὸν βουλεύσασα μὲν, καμῆλοις ἐκπέμπει πλήρεις οἴνου καὶ ἀφρόνου ἔσφης, ἀωχέσασα δίδουσα τοῖς τὸν αἶδρα φυλάσσουσιν. ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν φύλακες τῆς ἀωχῆς πρὸς εἶχον, Ὀρμισδῆς τὸν ἰχθυὸν διελὼν, ὄρεται τὴν ῥῖνα ταῖς δὲ ὀπκείμενας τοῖς ποσὶ πέδας διατεμῶν, ἀναλαβὼν τε τὴν ἀνούχου σολῶν, διαμέσων τῶν φυλάκων ἤδη μεθύνοντων ἐξήει. καὶ τῆς ἀνούχου ἕνα πρὸς λαβῶν, ἀφικνεῖται πρὸς Ἀρμενίων βασιλέα, φίλον ὄντα καὶ ξένον αὐτῶν καὶ διατύπου μετ' ἀσφαλείας διασωθεὶς, ὡς Κωνσταντίνῳ προσέειπε μετὰ πάσης ἡξιώτητι τε καὶ θεραπείας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπως ἔχεν ἀφηγησάμην.

Κωνσταντίνου δὲ τὸν Λικίννιον καὶ ἐν τῇ Νικομηδείᾳ πολιορκουῦτος, ἀπογοῖς ταῖς ἐλπίσιν, ὅπως μὲν ὅς τε ὡς οὐδεμία δύναμις ὄσιν αὐτῶν πρὸς μάχην ἀρκοῦσα, τῆς πόλεως πρὸς ἐλθῶν, ἰκέτης τῆς Κωνσταντίνῳ κατέσταται, καὶ τὴν ἀλουργίδα προσαγαθῶν, βασιλέα τε καὶ δεσπότην ἐβόα, συγγνώμην ὅτι τοῖς πρὸς λαβοῦσιν αἰτῶν. ἐθάρρει γὰρ ὡς βιώσεται, τῆς αὐτῆς γαμετῆς ὄρκους ὅτι τούτῳ πρὸς Κωνσταντίνου λαβοῦσης. ὁ δὲ Κωνσταντίνος Μαρτινιανὸν μὲν παρεδίδου τοῖς δορυφόροις ὅτι θανάτω, Λικίννιον δὲ εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ἐκπέμψας, ὡς βιωσόμενον αὐτῶν σὺν ἀσφαλείᾳ, μετ' οὐ πολὺ τοῖς ὄρκους πατήσας, (ὡς γὰρ τούτῳ αὐτῶν σύνηθες) ἀγχόνῃ τὸ ζῆν αὐτὸν ἀφαιρέται.

¶ Περὶ πάσης δὲ τῆς πάσης εἰς μόνον Κωνσταντίνον ἀρχῆς, οὐκέτι λοιπὸν τῆς καὶ φύσιν ἐνοῦσαν αὐτῶν κακοήθειαν ἐκρυπτεν, ἀλλὰ ἐνεδίδου τῶν κατ' ἔξουσίαν ἀπαντα πράττειν. ἐχρῆτο δὲ ἐπὶ καὶ τοῖς πατρίοις ἱεροῖς, ἔτι μὲν ἐνεκα μᾶλλον ἢ χρείας. ἢ καὶ μάντεσιν ἐπέθετο πεπειραμένοις, ὡς δηλῆται πρὸς ποῦσιν ὅτι πᾶσι τοῖς κατωρθωμένοις αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, μετὰ πάσης ἀλαζονείας, ἀφ' ἐστίας ὡς ἦν δεινὸν ἀρ-

Scribo ῥίνω.

Scribo ῥίνω.



ξαδάμ τῆς ἀσεβείας. Κεῖσπον γὺ παῖδα,  
 τῆς τῷ καίσαρος (ὡς εἰρηταίμοι παρ-  
 περον) ἀξιώθεντα ἑμῆς, εἰς ὑποψίαν ἐλ-  
 θόντα τῷ Φαύστῃ τῇ μητρὶ αἰσθεῖναι, τῷ  
 τῆς φύσεως δεσμοῦ μηδένα λόγον ποιη-  
 σάμενος, ἀεὶλε. τῆς ὅ Κωνσταντίνου μη-  
 τρὸς Ἐλένης ὅτι τῷ τηλικούτῳ παῖδι δεξ-  
 χεραινούσης, καὶ ἀσέτως πλὴν ἀνείρεσιν  
 τῷ νέου φερούσης, ὡς αὐτὸς ἴδμενος ὡς παρ  
 αὐτῷ ὁ Κωνσταντίνος, κακῶ τὸ κακὸν ἰά-  
 σατο μείζονι. βαλανεῖον γὺ ὑπὸ τὸ μέτρον  
 ἐκ πυρωθῆναι κελεύσας, καὶ τούτῳ πλὴν  
 Φαύσαν ἀναποτέμενος, ἔξῃ γὰρ νεκρὰν γε-  
 νομένην. αὐτὰ σιωπεῖσάμενος ἑαυτῶν, καὶ  
 παρὰ τὴν ὄρκων καταφρονήσας, παρὰ  
 ἡεῖ τῶς ἱερῶσι κατὰ ῥοιὰ τῶν ἡμαρτημέ-  
 νων αἰσθῶν. εἰπόντων δὲ ὡς οὐ παρὰ δέδο-  
 ται κατὰ ῥοιὸν τρόπον ἐλασθήματα τηλι-  
 καῦτα κατὰ τῶν δυνάμενος, Αἰγύπτιος ἕως  
 ἔξῃ ἑβραίας εἰς πλὴν Ῥώμῃ ἐλθὼν, καὶ ταῖς  
 εἰς τὰ βασιλεία γυναιξὶ σιωπῆς ἡρόμε-  
 νος, ἐντυχὼν τῷ Κωνσταντίνῳ, πάσης ἀ-  
 μαρτιάδος ἀναιρεπκὴν εἶπεν πλὴν τῶν Χριστι-  
 αῶν διεβεβαίωσατο δόξαν· καὶ τούτῳ ἔχον  
 ἐπάγγελμα, τὸ τῶς ἀσεβεῖς μεταλαμβά-  
 νονταὶ αὐτῆς, πάσης ἀμαρτίας ἔξω παρὰ  
 χεῖμα κατὰ ῥοιὰ. δεξάμενος δὲ ῥᾶστα  
 Κωνσταντίνου τὸν λόγον, καὶ ἀφεμένου ἰδρῶ  
 τῶν πατερίων, μεταχρόνος δὲ ὢν ὁ Αἰγύ-  
 πτιος αὐτῶν μετεδίδου, τῆς ἀσεβείας πλὴν  
 ἀρχῶν ἐποιήσατο, πλὴν μανικὴν ἔχον ἐν  
 ὑποψία. πολλῶν γὺ αὐτῶν διὰ ταύτης παρὰ  
 ῥηθέντων ἀτυχημάτων καὶ ἐκβάτων εἰς  
 ἔργον, ἐδέδει μήποτε καὶ ἄλλοις κατ' αὐ-  
 τῶν ἕπι πωθανομένοις τὸ ἐσόμενον παρὰ ῥη-  
 θεῖν· καὶ ἐκ ταύτης τῆς παρὰ ῥησεως παρὰ  
 τὸ ταῦτα καταλύειν ἐτράπη. τῆς δὲ πα-  
 τείου καταλαβούσης ἐορτῆς, κατ' ἰδρῶ ἀ-  
 νάγκη τὸ στρατόπεδον ἰέναι εἰς τὸ Καπε-  
 τῶλιον, ἀποδὸν ὀνειδίζων ἀνείδῃ, καὶ  
 τῆς ἱεραῖς ἀγείας καταπατήσας, εἰς μῆ-  
 σος πλὴν γερουσίαν καὶ τὸν δῆμον ἀνεί-  
 ησεν.

Οὐκ ἐνεγκὼν δὲ ταῖς παρὰ πάντων ὡς  
 εἰπεῖν βλασφημίας, πόλιν ἀνίρροπον τῆς  
 Ῥώμης ἐζήτει, κατ' ἰδρῶ αὐτὸν ἔδρα βασι-  
 λεία καταστήσασθαι. ἡρόμενος ὅ μετὰ τὸ  
 Τρωάδος καὶ τῆς ἀρχαίας Ἰλίου, καὶ τὸ πον-  
 θύρων εἰς πόλεως κατασκευῆν ὅτι τῆς δόξης,

impietatis exordium putavit. Nam  
 Crispū filium, cesaris (vt antè dictū  
 est) ornatū titulo, quòd in suspicio-  
 nē venisset quasi cū Fausta nouer-  
 ca consuesceret, nulla ratione iuris  
 naturalis habita, sustulit. Quūmq;  
 Constantini mater Helena tantam  
 calamitatem ægro ferret animo, &  
 intolerabilē ex cæde iuuenis dolo-  
 rem perciperet: quasi cōsolans eam  
 Constantinus, malum malo maiori  
 sanauit. Nam quum balineum ac-  
 cendi supra modum iussisset, eique  
 Faustam inclusisset, mortuam inde  
 extraxit. Horum ipse sibi conscius,  
 & præterea contemptæ sacramento-  
 rum religionis: ad flamines accedēs  
 admistorum lustrationes poscebat.  
 Illis respondētibus, non esse tradi-  
 tum lustrationis modum, qui tam  
 fœda piacula posset eluere: quidam  
 Hispanus genere, cui nomen esset  
 Ægyptius, Romam delatus, palati-  
 nisq; mulierculis familiaris factus,  
 & ad Constantini colloquium ad-  
 missus, sententiā doctrine Christia-  
 norum, habere vim abolēdi quod-  
 cunque peccatum cōfirmavit, & id  
 ipsum adeo polliceri, nimirum ac-  
 ceptantes eā homines impios, mox  
 omni delicto liberari. Eam oratio-  
 nem quum non grauatè Constanti-  
 nus accepisset, ac patrita missa face-  
 ret, perceptis iis quæ hic Ægyptius  
 offerebat, principiū impietatis hoc  
 dedit, vt diuinationē suspectam ha-  
 beret. Nam quòd ei multæ res pro-  
 speræ per hanc prædictæ fuissent, e-  
 uentūmq; re ipsa sortitæ: vereba-  
 tur ne itidem aliis aduersus ipsum  
 hanc consulētibus, id quod futu-  
 rum esset prædiceretur: atque hoc  
 consilio impulsus, ad huiusmodi a-  
 bolenda se conuertit. Quum autem  
 dies quidam more patrio festus ad-  
 petiisset, quo die in Capitoliū exer-  
 citui adscendendū erat: eum adscē-  
 sum verbis cōtumeliosis impuden-  
 ter insectans, re diuina proculcata,  
 senatus atque populi odium in-  
 currit.

Quūmq; profectas ab omnibus,  
 prope dixerim, execrationes haud  
 ferret, urbem quādam Romæ parē  
 quærebat, in qua palatium ipse sibi  
 conderet. Itaque quum esset inter  
 Troadē & priscum illud Ilium, in-  
 uento loco vrbe condendæ idoneo,

fundamenta iecit, & muri partem aliquam in altum egit, quam adhuc videre est, siqui versus Hellepontum nauigent. Sed quod eum huius operis instituti pœnituisset, eo relicto, vt erat imperfectum, Byzantium concessit. cuius vrbs situm admiratus, eam quam maxime statuit amplificandam, & efficiendam idoneam vt principis in ea domicilium esset. Nam vrbs in colle sita est, eius Isthmi partem complexa, quem Isthmum id quod Ceras siue Cornu vocant, & Propontis. efficiunt. Et olim quidem eo loco portam habebat, quo loco porticus illæ desinunt quas Seuerus imperator exstruxit, quum suas aduersus Byzantios iras deposuisset, qui hostem ipsius Nigrum in urbem admiserant. Murus per collem demissus ab occidentali parte, vsque Veneris ædem & ipsum mare pertinebat, quod est è regione Chryseopolis. Eodem modo & ab aquilonali colle deorsum ductus erat vsque ad portum, quod nauale dicunt, & vltcrius vsque ad mare quod directo situm est ad id ostium per quod in Euxinum Pontum nauigatur. Et artum quidem hoc terræ spatium ad Pontum vsque trecentis plus minus stadiis in longitudinem patet. hæc prisca ciuitatis amplitudo erat. Constantinus autem eo loco quo loco quondam porta erat, exstructo foro rotundo, quod porticibus distegis inclusit, fornices duos è marmore Præconnesio maximos fecit, oppositos sibi: per quos ire licet in Seueri porticus & vrbe prisca egredi. Quumque longe maiorem urbem efficere vellet, eam vltra veterem murum decem & quinque stadiis muro nouo circumdedit, qui totum Isthmum à mari ad mare complecteretur. Hoc modo quum urbem priore multo ampliorem reddidisset, palatium quoque condidit, Romano non multum cedens. Itidem circum ad omnem elegantiam perpoliuit, cuius partem fecit Castoris & Pollucis ædem, quorum simulachra nunc etiam in circi porticibus stantia videre licet. Statuit & quadam in parte circi Apollinis Delphici tripodem, in se continentem ipsius Apollinis simulachrum. Quumque Byzantii forum maximum esset,

θεμελίους τε ἐπέχευε, καὶ τείχους ἐν μέρος εἰς ὕψος ἀπέστησεν· ὅθεν ἄχρι νῦν ὄραν ἔνεστι τοῖς ὀπί τὸν Ἑλλησπόντον πλέουσι. ἐλθὼν δὲ εἰς μετὰ μελλον, καὶ ἀτελὲς τὸ ἔργον καταλιπὼν, ὅτι τὸ Βυζάντιον ἦεν. θαυμάσας δὲ τὴν τῆς πόλεως θέσιν, ἔκρινε ταύτῃ ὑπὸ μάλιστα αὐξήσασθαι, καὶ εἰς βασιλείας οἰκίσσιν ἀρμοδίαν καταστήσασθαι. κῆται μὲν γὰρ ἡ πόλις ὀπί λόφου, μέρος ἐπέχευσα τῷ Ἰσθμοῦ, τὸ δὲ τῷ καλουμένου Κέρρατος καὶ τῆς Προποντίδος ἐκτελουμένου. καὶ τὸ μὲν παλαιὸν εἶχε τὴν πόλιν ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν σοῶν ἀπὸ Σεβήρου ὁ βασιλεὺς ἀκοδομήσασθαι, παυσάμενος τῆς κατὰ Βυζαντίων ὀργῆς, ὅτι Νίγρον ἰσπεδέξαντο πολέμοιο ὄντα· τὸ δὲ τείχος δὲ τῷ λόφου καθεῖμενος τῷ ἀπὸ τῶν δυτικῶν μερῶν ἄχρι τῆς τῆς Ἀφροδίτης ναοῦ, καὶ θαλάσσης τῆς ἀπὸ κρῦ Χρυσόπολεως. ἀπὸ δὲ τῷ βορείου λόφου κατὰ τὸν ἴσον ἔσπον καπὸν ἄχρι τῆς λιμῆος, ὁ καλοῦσι νεώριον, καὶ ἐπέκεινα μέχρι θαλάσσης, ἢ κατευθὺ κῆται τῷ σώματος δι' οὗ πρὸς τὸν Εὐξείνιο ἀνάγονται Γόντον. μήκος δὲ ἔχει τὸ σενὸν τῶν μετὰ τῷ Πόντου καδίων πρὸς τὴν τελακοσίαν. τὸ μὲν οὖν ἀρχαῖον τῆς πόλεως μέγεθος τῶν τῶν ἀγορῶν δὲ ἐν τῇ τόπῳ, κατὰ τὸν ἡ πόλιν τὸ ἀρχαῖον τῶν οἰκοδομήσας κυκλοτερῆ, καὶ σοῶν δις ἐξήκοντα ταύτῃ πρὸς λαβῶν, ἀψίδας δύο μαρμαίρας Προικονησίου μεγίστας ἀλλήλων ἀπίας ἀπέτύπωπε, δι' ὧν ἔνεστι εἰσεῖναι εἰς τὰς Σεβήρου σοῶν, καὶ τὴν παλαιὰ πόλεως εἰσεῖναι. πολλῶν δὲ μείζονα τὴν πόλιν ἀποφῆναι βουλόμενος, τῷ παλαιῷ τείχεσι ἐπέκεινα σταδίοις πεντεκαίδεκα τείχεσι πρὸς ἐβάλε τὴν πόλιν, ἀπολαμβάνοντι πάντα τὸν Ἰσθμὸν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θαλάσσαν. ταύτῃ τῇ ἔσπον πολλῶν μείζονα τῆς πρὸς τῆς ἀποτελέσας, καὶ βασιλεία κατασκευάσασθαι οὐ πολλῶν τῆς Ρώμης ἐλάττωνα· καὶ τὸν ἵπποδρομον εἰς ἅπαν εἰσήσκησε κάλλος, τὸ τῶν Διοσκουρίων ἱερὸν μέρος αὐτῆς ποιησάμενος, ὧν καὶ τὰ δείκνυται μέχρι νῦν ὅτιν ὅτι τῶν τῶν ἵπποδρομοῦ σοῶν ἐστῶτα ἰδεῖν. ἔστησε δὲ κατὰ τὴν τῶν ἵπποδρομοῦ μέρος καὶ τὸν τείπεδα τῶν ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος, ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ καὶ αὐτὸ τὸ τῶν Ἀπόλλωνος ἀγάλμα. οὐσης δὲ ἐν τῇ Βυζαντίῳ μεγίστης

Byzantii forum maximum esset,

ἀγροῦ πετρᾶσίου καὶ τὰς τῆς μᾶς τοῦ ἀ-  
κρας, εἰς τὴν ἀνάγκησιν οὐκ ὀλίγοι βα-  
θμοὶ, ναοὺς ἀποδομήσατο δύο, ἐγκαθιδρύ-  
σας ἀγάλματα πατέρω μὲν μητρὸς θεῶν  
Ρέας, ὅπως ἔτυχον οἱ σὺν Ἰάσονι πλεύσαντες  
ἰδρυσάμενοι καὶ τὸ Δίνδυμον ὄρος, τὸ Κυ-  
ζίκου τῆς πόλεως ὑπερκειμένοι. φασὶ δὲ ὡς  
καὶ τὸ δὲ πῶς πῶς τὸ θεῖον ἐλάβησάν τε  
ράθυμιν, τοῖς τε πῶς ἐκάτερα λέοντας  
πυρρῶν, καὶ τὸ χῆμα τῆς χιρῶν ἀναλλά-  
ξας. κατέχον γὰρ πάλαι δοκοῦσα τοῖς λέον-  
τας, νῦν εἰς ἀχαιοῦς μεταβέβληται χῆ-  
μα, πῶς πόλιν ἐφορῶσα καὶ πῶς πῶς.  
ὃν δὲ πατέρω Ρώμης ἰδρυσάτω Τύχην. κα-  
τασκυβάσας δὲ οἰκίας ὑπὸ τῆς ὅκ τῆς γε-  
ρουσίας ἀκολουθήσασιν αὐτῶν, διετέλεσε πό-  
λεμον οὐδένα κατωρθώσας. Ἐπελθόντων  
δὲ Θαιφάλων, Σκυθικοῦ γένους, ἰππεύ-  
σι πεντακοσίοις, οὐ μόνον οὐκ ἀντετάξατο  
τύποις, ἀλλὰ καὶ τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως  
ἀποβαλὼν, καὶ τὰ μέχρι τὸ χάρακος αὐ-  
τοῖς ληϊζομένοις ἰδὼν, ἀγαπητῶς ἀπο-  
δράς διεσώθη.

Μείνας ὅμως ἀπόλεμος, καὶ τρυφῆ τὸν βίον  
ἐκδοῦς, διένειμε τὰ Βυζαντιῶν δῆμῳ σίτη-  
σιν δημοσίαν, τὴν ἄρχη τῶν δὲ διέμεινεν ἔ-  
χων. εἰς οἰκοδομίας δὲ πλείστας ἀνωφελεῖς  
τὰ δημόσια χεῖματα δαπανῶν, ἵνα κατε-  
σκυβάσεν ἂν μικρὸν ὑπερον διελύετο, βέ-  
βαια δὲ πῶς ἐπιξίνου ἡγεμόνα. συνε-  
τάραξε δὲ τὰς πάλαι καθεσάμενας ἀρ-  
χάς. δύο γὰρ τῆς αὐτῆς ὄντων ὑπάρχων, καὶ  
ἡ ἀρχὴ κοινῆ μεταχειρομένων, οὐ μόνον  
τὰ πῶς ἡ αὐτὴν τὰ γὰρ τῆς τύτων ὠκονο-  
μεῖτο φροντίδι ἐξέσσια, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ὅπι-  
πετραμμένα πῶς τῆς πόλεως φυλακῆν, τὰ  
τὰ τῆς ἐραπῆς ἐγκαθίδρυμα πάσαις. ἡ γὰρ  
τῆς ὑπάρχων ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆ-  
πια νομιζομένη καὶ τῆς σιτήσεων ἐπιπέ-  
τῆς ὅπιδόσης, καὶ τὰ πῶς πῶς στρατιω-  
κῆν ὅπιδόσιν ἀμαρτανόμην τῆς κατῆ-  
κούσας ἐπανόρθου κολάσεσι.

Κωνσταντῖνος δὲ τὰ καλῶς καθεσῶτα  
κινῶν, μίαν οὖσαν εἰς τέσσαρας διείλεν ἀρ-  
χάς. ὑπάρχων γὰρ ἐνὶ πῶς Αἴγυπτον ἀπα-  
σαν πῶς τῆς Πενταπόλει Λιβύης, καὶ πῶς  
ἐπὶ ἀρχὴ Μεσοποταμίας, καὶ πῶς πῶς γὰρ

quatuor porticibus inclusum: ad  
extremas partes vnus ex hisce  
porticibus, ad quam gradus non  
pauci sursum ducunt, edes duas ex-  
struxit, collocato in harum alte-  
ra matris deum Rheæ simulachro,  
quod in monte Dindymo, qui op-  
pido Cyzico imminet, olim illi  
constituerant quos Iason nauiga-  
tionis socios habuit. Et aiunt eum  
hoc, quadam ex vecordia nihili fa-  
ciente res diuinas, mutilasse, leoni-  
bus vtrimque sublatis, & manuum  
figura mutata. Nam quum olim te-  
nere leones videretur, nunc spe-  
ciem precantis exhibet, urbem in-  
spectans & obseruās. In altera For-  
tunæ Romanæ simulachrū posuit.  
Præterea quibusdam Roma sequen-  
tis eum senatoribus domos ædifi-  
cavit. Nec iam bellum vllum am-  
plius gerebat: adeo quidē vt Thai-  
falis, natione Scythica, cum equi-  
tibus quingentis irruentibus, non  
modò nullas copias aduersus eos in  
aciem eduxerit: sed etiam parte  
maiori exercitus amissa, quum ho-  
stes ad ipsum vallum vsque popu-  
lato omnia conspexisset, arrepta  
cupide fuga sibi consuluerit.

A bellorum curis vacuus, volu-  
ptariæque vitæ deditus, populo By-  
zantino publicam annonam distri-  
buit, quam & hætenus ille semper  
habuit. Quumque pecuniam pu-  
blicam in plurimas inutiles stru-  
cturas impenderet, quædam ædifi-  
cavit, non multo post dirura, quod  
ob festinationem durabilia non es-  
sent. Conturbauit & magistratuum  
officia, iam olim instituta. Nam  
quum duo essent præfecti præto-  
rio, qui hoc officium communiter  
gerebant: non palatini tantum or-  
dines eorum cura potestati que gu-  
bernabantur: sed etiam ii quibus  
urbis erat commissâ custodia, &  
quotquot in omnibus limitibus e-  
rant collocati. Hic enim præfecto-  
rum prætorio magistratus, qui  
post imperatorem secundus existi-  
mabatur, & annonas erogabat, &  
cōtra militarem disciplinā admittā  
conuenientibus pœnis corripiebat.

Constantinus autem recte con-  
stituta turbans, vnum hunc magi-  
stratum in quatuor imperia discer-  
psit. Nā vni præfecto prætorio totā

Ægyptum cum Libyæ Pentapoli, & orientē ad Mesopotamiā vsque, & præ-

tereā Cilices, Cappadoces, Armenios, orámq; maritimam totam, à Páphylia Trapezunté vsque, & vsque ad castella propter Phasidé sita, tradidit: eidem & Thracia cōmissa, & Mysia, Hæmi, ac Rhodopes, ac Doberi oppidi finibus circumscripta. præterea Cyprum adiecit, & Cycladas insulas, Lemno, & Imbro, & Samothracia, exceptis. Alteri Macedones adtribuit, & Thessalos, & Cretenses, & Græciam, & circumiacentes insulas, & Epirum vtramque, & Illyrios, & Dacos, & Triballos, & Pannonios ad Valeriam vsque, & Mysiam superiorē. Tertio, totam Italiam, & Siciliam, & circumiacentes insulas, & Sardiniam, & Corsicam, & Africam à Syrtibus Cyrenem vsque. Quarto transalpinos Celtas, & Hispanos, cum insula Britannica, commisit. Hac ratione diuiso præfectorū imperio, studiosè conatus est aliis quoque modis eorum potestatem imminuere. Nam quum præessent vbiq; locorū militibus non modò centuriones & tribuni, verum etiam duces: (sic enim appellabantur qui quolibet in loco prætorum vicè obtinebant) magistris militū institutis, altero equitum, peditum altero, & in hos translata potestate militū ordinandorū, & coërcendi delinquentes, hac etiam in parte præfectorum auctoritati detraxit. Id verò tam pace quàm bello plurimum detrimenti rebus adtulisse, me protinus indicante patebit. Quippe dum præfecti prætoriiis vbiq; terrarum vectigalia per ministros suos exigent, & militarem ex iis sumtum facerent: iidemque milites dicto audientes haberent, in sustinendis ob delicta pœnis, prout ipsis ea coërcenda videretur: non abs re milites, cum animo suo cogitantes, eum qui annonam & stipendium præberet, delinquentes etiam punire, nihil agere præter officium audebant, partim annonarū ademptionem, partim præsentem coërcitionem veriti: nunc quum alius sit qui stipendium exhibet, alius cuius arbitrio disciplina militaris est commissa, omnia pro imperio agunt: ne dicam, maiorem annonæ partem

Κίλικας, καὶ Καππαδόκας, καὶ Ἀρμενίους, καὶ πῶς τὸ ὄρειον ἅπασαν, ἀπὸ Παμφυλίας ἄχρι Τραπεζουῦντος, καὶ τῆς τῶν Φάσιν φρουρίων, παρέδωκε· τῶν αὐτῶν καὶ Θράκην ὅλην τρέψας, Μυσίαν τε μέχρι Αἴμου καὶ Ῥοδόπης καὶ μέχρι Δοβήρου πόλεως ὀρίζομεν· καὶ Κύπρον ἰσθμοῖσι, καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους, διὰ τῆς Δήμου καὶ Ἰμβρου καὶ Σαμοθράκης. ἐτέρω δὲ Μακεδόνας, καὶ Θεσσαλοὺς, καὶ Κρήτας, καὶ πῶς Ἑλλάδα, καὶ τὰς περὶ αὐτῶν νήσους, καὶ ἀμφοτέρας ἠπείρους, καὶ πρὸς ταύταις Ἰλλυριοὺς, καὶ Δάκας, καὶ Τριβηνοὺς, καὶ τοὺς ἄχρι τῆς Βαλερίας Παίωνας, καὶ ὅτι τύποις πῶς ἄνω Μυσίαν. τῶν δὲ τρίτῳ πῶς Ἰταλίαν ἅπασαν, καὶ Σικελίαν, καὶ τὰς περὶ αὐτῶν νήσους, καὶ ἔπειτα Σαρδόναν, καὶ Κύρνον, καὶ πῶς ἀπὸ Σύρτων Κυρήνης ἄχρι Λιβύην. τῶν δὲ τέταρτῳ τοὺς ὑπὸ τὰς Ἄλπεις Κελτοὺς τε καὶ Ἰβήρας πρὸς τῆς Βελγικῆς νήσου. ταύτῃ διελομένης πῶς ἰσχυρῶν ἀρχῶν, καὶ ἄλλοις ἔργοις ἐλατῶσαι ταύτῃ ἐσπούδασεν. ἐφεσώτων γὰρ τοὺς ἀπανταχοῦ στρατώτας οὐ μόνον ἑκατοντάρχων καὶ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δουκῶν, οἱ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ πῶς ἔξιν ἐπέχον· στρατηλάτας καταστήσας, τὸν μὲν, τῆς ἵππου, τὸν δὲ, τῶν πεζῶν, εἰς τύποις τε πῶς ἐξουσίαν τῶν τῶν στρατώτας καὶ ὑποφρέϊσται τοὺς ἀμφοτέρωντας μεταδούς, παρέλετο καὶ ταύτης τοὺς ὑπάρχους τῆς αὐθεντίας. ὅπ δὲ τῶν καὶ τοὺς εἰρήνην καὶ τοὺς καὶ πῶς ἐλυμήνατο πράγμασιν, αὐτίκα ἐρῶ. τῶν ὑπάρχων τοὺς ἀπανταχοῦ φόροις διὰ τῶν ὑποπρεπυμένων αὐτοῖς εἰσπραττόντων, καὶ πῶς στρατωπικῆν ἐκ τούτων ποικιλιῶν δαπάνῃ, ἐχόντων δὲ τοὺς στρατώτας ὑποχείριους εἰς τὸ δίκαιον ὑπέχον καὶ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ὅπτι τοὺς ἀμαρτήμασιν· εἰκότως οἱ στρατῶται καὶ νομῶν ἔχοντες ὡς ὁ χορηγῶν πῶς σίτησιν αὐτοῖς καὶ παίουσιν ἐπεξέρχεται, πράττειν πῶς τῶν κατὰ τὸ καθῆκον οὐκ ἐπαρροῦν, δεῖν καὶ τῶν σιτήσεων ἀφαιρέσεως, καὶ τῶν τῶν πόδας κολάσεως· νῦν δὲ ἕτερον μὲν ὄντος τῶν τῶν ὅπτι δίδοντος, ἕτερον δὲ τῶν τῶν ὅπτι σιμῆς κρείσ, κατ' ἐξουσίαν ἅπαντα πράττουσι· πρὸς τῶν τῶν πλεονεξίας σιτήσεων

Scribo ἐν εἰρήνῃ.

ducis

μέρος εἰς κέρδος τῷ στρατηγεῦ καὶ τῷ ὑπο-  
ρεπουμένων τούτων χωρεῖν.

Ἐώραξε δὲ πὶ Κωνσταντῖνος καὶ ἕτερον,  
ὃ τοῖς βαρβάροις ἀκρόλυτον ἐποίησε πλὴν  
ἐπὶ πλὴν Ῥωμαίοις ὑποκειμένῳ χώρῳ  
δράβασιν. τῆς γὰρ Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀ-  
πανταχοῦ τῷ ἔραπῶν τῆ Διοκλητιανοῦ  
προνοία, καὶ τὸν εἰρημνόν ἡδημοῖ ἔσπον,  
πόλει καὶ φρουραίοις καὶ πύργοις διει-  
λημμένης, καὶ παντὸς τῷ στρατωτικοῦ καὶ  
ταῦτα πλὴν οἰκιστῶν ἔχοντες, ἀπὸ τοῖς  
βαρβάροις ἢ ἢ δράβασις, πανταχοῦ δυ-  
νάμειως ἀπαντώσης τοῖς ἐπιόντας ἀπώ-  
σασαι. καὶ ταῦτα δὴ πλὴν ἀσφάλειαν δια-  
φείρων ὁ Κωνσταντῖνος, τῷ στραπωτῶν τὸ  
πολὺ μέρος τῷ ἔραπῶν ἀποσῆσας, ταῖς οὐ  
δεομέναις βοηθείας πόλεσιν ἐγκατέστη, καὶ  
τοῖς ἐνοχλουμένοις ὑπὸ βαρβάρων ἐγύ-  
μνωσε βοηθείας, καὶ ταῖς ἀειμέναις τῷ  
πόλεσιν τὸ ἀπὸ τῷ στραπωτῶν ἐπέθηκε λύ-  
μην, δι' ἣν ἡδη πλείσται γέγονασιν ἔρημοι,  
καὶ τοῖς στραπωτάς, ἐκδόντας ἐαυτοῖς θεάροις  
ἐ τρυφαῖς, ἐμαλάκισε. καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν,  
τῆς ἀρχῆς τοῦδε τῷ παραγμάτων ἀπωλείας  
αὐτὸς πλὴν ἀρχῆν καὶ τὰ ἀσπίματα δέδωκε.

Καίσαρα δὲ κατασῆσας ἡδη τὸν ἑαυτῷ  
παῖδα Κωνσταντῖνον, ἀποδείξας δὲ σὺν  
αὐτῷ καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Κωνσταντα, παῖ-  
δας ὄντας αὐτῷ, ἠύξησε πλὴν Κωνσταντι-  
νούπολιν εἰς μέγθος πόλεως σφόδρα με-  
γίστης· ὥστε καὶ τῷ μετ' αὐτὸν ἀποκρα-  
τόρων τοῖς πολλοῖς πλὴν οἰκιστῶν ἐλομένους  
πλὴν ἐν αὐτῇ, πλῆθος ὑπὸ πλὴν χεῖραν συ-  
ναγαγεῖν τῷ ἀπανταχοῦ γῆς, ἢ στρατείας  
ἢ ἐμπορείας ἔνεκεν, ἢ ἄλλων ἐπιτηδεύμα-  
των, εἰς ταῦτα ἀγροτέρων. διὸ καὶ τεί-  
χεσιν ἕτεροις πολλὰ μείζονσιν ὢν Κων-  
σταντῖνος ἐποίησεν, αὐτῷ ἀπέβαλον· ἐ-  
ταῖς οἰκίσεσιν οὕτως εἶ) συνεχώρησαν συνε-  
χεῖς, ὥστε καὶ οἰκουροῦντας καὶ ἐν ταῖς ἀ-  
γροαῖς ὄντας σενοχωρεῖσθαι τοῖς ταύτης οἰ-  
κήτορας, καὶ μετὰ κινδύνου βαδίσειν  
διὰ πλὴν ἀνθρώπων καὶ ζώων πολυ-  
πληθίαν. ἐπεγαγῶθη δὲ καὶ τῆς περὶ αὐ-  
τῷ θαλάσσης οὐκ ὀλίγον, πάλων κύκλω  
παχύτων, καὶ οἰκοδομημάτων αὐτοῖς ἐπι-  
τεθέντων, ἃ καὶ κατ' ἑαυτὰ πόλιν ἀρκεῖ  
μεγάλῳ πληρώσει.

Καί μοι πολλάκις ἐπῆλθε θαυμάσαι, πῶς εἰς τοσούτη τῆς Βυζαντινῶν πόλεως ἢ

ducis & adparitorum ipsius lucro  
cedere.

Fecit & aliud quiddam Constan-  
tinus, quod in ditionem populi  
Romani liberum barbaris aditum  
præbuit. Nam quum imperium  
Romanum extremis in limitibus  
vbique Diocletiani providentia,  
quemadmodum à nobis supra di-  
ctum est, oppidis, & castellis atque  
burgis munitum esset, omnesque  
copiæ militares in iis domicilium  
haberent: fieri non poterat ut bar-  
bari transfrent, vbique copiis ho-  
stium repellendorum causa occur-  
rentibus. Hanc præsidiorum muni-  
tionem Constantinus abolens, ma-  
iorem militum partem, de limiti-  
bus submotam, in oppidis præsi-  
dii nullius egentibus collocavit: à  
barbaris vexatos præsidio nuda-  
uit, tràquillas & quietas vrbes mi-  
litum peste grauavit, qua iam com-  
plures ad solitudinem redactæ sunt,  
milites ipsos theatris & voluptati-  
bus addictos emolliuit: deniq; sim-  
pliciter ut dicam, rerum hæctenus  
pereuntium internecioni princi-  
pium & semina præbuit.

Iam Constantinum filium Cæ-  
sarem appellauerat, quo cum &  
Constantio & Constante filiis, eo-  
dem titulo cohonestatis, Constan-  
tinopolim ad amplitudinem vrbis  
longè maximæ tam feliciter auxit,  
ut plerique post eum principes ibi-  
dem constituto domicilio, maio-  
rem quàm vsus poscat hominum  
multitudinem eò pellexerint, quæ  
vndique terrarum istuc vel militiæ,  
vel mercaturæ, vel aliorum nego-  
tiorum causa confluit. quapropter  
& muris longè capacioribus quàm  
essent ii quos Constantinus struxit,  
eam circumdederunt, & ædificia  
tam esse contigua permiserunt, ut  
habitatores eius, siue domi se con-  
tineant, siue in compitis sint, arten-  
tur: nec sine periculo, propter in-  
gentem hominū & animalium co-  
piam, incedant. Nec pars vicini-  
maris exigua solo cessit, vndique  
defixis palis, & ædificiis in eos im-  
positis, quæ seorsum ad complen-  
dam vrbem amplam sufficerent.

Ac mihi quidem sæpe mirari sub-  
iit, qui fieret ut quum vrbs By-

zantina tātopere excreuerit, vt alia nulla cum hac, siue felicitatem siue magnitudinem spectes, comparari possit: nullum vaticinium maioribus nostris de ipsius incremento, meliorem ad fortunam euectæ, datum fuerit. In qua cogitatione dum iam pridem versor, multis historia- rum monumentis, & oraculorum collectionibus euolutis, & exacto nonnullo tempore in hac de istis dubitatione, vix tandem in oraculum quoddam incidi, quod Erythreæ Sibyllæ, vel Epiroticæ Phaëlonis esse perhiberetur. (Nā & istæc adflata numine, fertur edidisse quædam oracula: quibus fretus Nicomedes, Prusiæ filius, qui ea suis ex commodis interpretaretur, hortatu Attali bellum patri Prusiæ fecit) Est autem oraculum huiusmodi,

*Accipies Thracum rex in balanti-*  
*buis urbem,*

*Vnguis atque vncis magnum hor-*  
*ribilemque leonem*

*Augebis, patriæ quondam cimelia*  
*terre*

*Qui rapiet, terra potietur & absque*  
*labore.*

*Sed non aiso diu te sceptris perfruitu-*  
*rum,*

*(Quippe canes vrgent vtrimque) sed*  
*his spoliandum.*

*Sopitumque lupum vncungem di-*  
*rumque esebis.*

*Namque vel inuisi ceruices sub iuga*  
*mittet,*

*Tunc quoque Bithynos vexabit tur-*  
*ba luporum,*

*Consilio Iouis: & mox regia sceptris*  
*tenebunt*

*Magna qui veteris habitas Byzan-*  
*tis in urbe.*

*Felix Helleponte, & mania condita*  
*diuis.*

*Imperio supernum -----*  
*Quam lupus ille grauis tamen inui-*  
*tus trepidabit.*

*Norunt me, nostris habitant qui sedi-*  
*buis, haud iam*

*Amplius ipse animum celo parenti,*  
*aperte*

*Mortali generi diuina oracula pan-*  
*dens.*

*Thressa malum, tellus ingens parit.*  
*& prope partus:*

*Vsu nempe malam subolem pariter*  
*feret illi.*

*Ad latera adiuncta ponto telluris &*  
*(bulcus)*

*Ad latera adiuncta ponto telluris &*

νύξημένης, ὡς μηδεμίαν ἄλλω ἐς δαιμονίαν αἰὴ ἡ μέγιστος αὐτῆ παρὰ βάλμε-  
σαι, παρὰ ῥήσις ἐκ θεῶν οὐδεμίαν παρὰ τῆς  
εἰς ἀμείνονα τύχῃ αὐτῆς ὀπιδοσεως τοῖς  
παρὰ ἡμῶν αἰθρώποις ἐδόθη. καὶ ταύτῃ  
ἐκ πολλοῦ πῶ ἔννοιαν ἔχων, πολλὰς τε βί-  
βλους ἰσοεικὰς καὶ χεισμῶν σωμασφῆρας  
αἰελίζας, χρόνον τε ἐν τῇ παρὰ τούτων ἀπο-  
ρεῖν διαπανήσας, ἐνέτυχον μόλις χεισμῶ  
ζηνί, Σιβύλλης (ἢ) λεγομένῳ τῷ Ἐρυθραίας,  
ἢ Φαελλοῖς τῆς Ἡπειρώπεδος. (καὶ αὐτῆ  
γὰρ ἡνομένη κατόχος, ἐκδεδωκέναι χει-  
σμοῖς λέγεται, ὡς πεποισότα Νικομή-  
δῳ τὸν Προυσίου, καὶ παρὰ τὸ δο-  
κοῦν λυσιτελεῖν ἐρμηνεύοντα, πόλεμον ἄ-  
ρασαι παρὰ τὸν πατέρα Γρουσίαν, Ἀπία-  
λῶ πειθόμενον) ἔχῃ δὲ τὸ λόγιον οὕτως,  
ὡς βασιλεῦ Ἰσθμῶν λήψας πόλιν ἐν  
παρὰ βάλμισιν.

Αὐξήσας δὲ λέοντα μέγαν, γαμφώνυχα,  
δηνόν.

Ὅς ποτε κινήσει πατρίδας κειμήλια χώρας  
Γαῖαν δι' αἰρήσει μύχων ἄτερ. ἔδε σε φημι  
Σκηπτούχοις ἡμαῖσιν ἀγάλλεσθαι μὲν δηνόν,  
Ἐκ δὲ δρόνων πείσειν ὅσον κύνας ἀμφὶς  
ἔχοισι.

Κινήσει δὲ βύδοντα λύκον, γαμφώνυχα,  
δηνόν.

Οὐδὲ ἐθέλοντι γὰρ εἶσω ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα  
θήσει.

Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν λύκοι οἰκήσουσι,  
Ζηνὸς ὀπιφροσιώμοι. ταχὺ δὲ ὀπιθήσε-  
ται ἀρχή.

Ἀνδράσιν οἱ Βύζαντος ἔδος καταναγε-  
τάουσι.

Τρισμάκαρ Ἐλήσποντε, θεόκπτα πείχῃ τ'  
αἰθρών.

----- θεῖασι ἐφετμαῖς  
Ἢν λύκος αἰνόλυκος πῆξει κρατερῆς ὑπὸ  
αἰάγκης.

Οἱ με γὰρ εἶσασιν τε ἐμὸν νείοντες ἔδεθλον.  
Θυκέπ σιγήσω πατρὸς νόον, ἀλλ' αἰα-  
δείξω

Ἀθανάτων λογίων θνητοῖς βῆσημον αἰοῖδην.  
Θρηῖστα κύει μέγα πῆμα, τῆκος δὲ οἱ οὐκέ-  
π τηλοῦ.

Γεῖρα παῖδα κακὸν ----- καὶ τῆδε φέ-  
ρουσα ----- (ἔλκος,

Τρηχὺ παρ' ἠπειροῦ πλθυραῖς ἐπαύροται

For. ὡν ἔῃ) π-  
να ὡ πεπ. vel,  
καὶ τοῦ τῶν ἔῃ)  
πνα ὡ πεπ.  
Alioqui ois  
scribendum  
esset.

Καὶ μέγα οἰδήσῃ, ταχὺ δὲ ραγῆ ἀίμο-  
ροήσῃ.

Τούτο τὸ λόγιον πάντα μὲν ὡς εἰπεῖν ὑπερ-  
φαινὸν ὄντως καὶ αἰνίγμασι λέγει, ἅπερ ἐ-  
σώδημα Βιθυνοῖς κακὰ δὲ πλὴν τῶν ἐπε-  
νεχθέντων αὐτοῖς ἐς τὰ μετὰ ταῦτα φόρων  
βαρύνεται· καὶ ὡς ἡ ἀρχὴ ταχέως ὀπι-  
θήσεται

Ἀνδράσιν οἱ Βύζαντος ἔδος καταναγε-  
τάουσι

τὸ δὲ μετὰ χρόνους οὐκ ὀλίγους τὰ περὶ-  
ρήθεντα ἐκβῆναι, μὴ λαμβαιέτω ἕως εἰς  
τὸ πρὸ ἐτέρου ἡνὸς λέγειν πλὴν περὶ ῥήσιν.  
πᾶς γὰρ χρόνος τῷ θεῷ βραχύς, ἀεὶ τε ὄν-  
τι καὶ ἐσομένῳ. ταῦτα δὲ οὐκ ἔκ τε τῶν τῶ χρη-  
σμοῦ ῥημάτων, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκβαίντων ἐ-  
πεκμηράμην. εἰ δὲ τῶ τὸ χρησθῆναι ἑτέρως ἔ-  
χῃν δοκεῖ, ταύτην οἰέτω.

Κωνσταντῖνος δὲ ταῦτα διαπραξαμέ-  
νος διετέλεσε δωρεαῖς ἕκ ὅν δέοντι γινομέ-  
ναις, ἀλλὰ εἰς ἀνάξιοις καὶ ἀνωφελεῖς  
ἀνθρώποις τοῖς φόροις ἐκδαπανῶν· καὶ τοῖς  
μὲν εἰς φέρουσι γινόμενος φορπκός, τοῖς δὲ  
μηδὲν ὠφελεῖν δυναμένοις πλητίζων. πλὴν  
γὰρ ἀσωπίαν ἢ γὰρ φιλοπμίαν. οὗτος καὶ  
πλὴν εἰς φορὰν ἐπήγαγε χρυσοῦ τε καὶ ἀρ-  
γύρου πᾶσι τοῖς ἀπανταχοῦ γῆς μεποῦσι  
ταῖς ἐμπορείαις, καὶ τοῖς ἐν ταῖς πόλεσι παν-  
ωνίαν περὶ πτεῖσι, μέχρι καὶ τῶν ἀτελε-  
σάτων· οὐδὲ δυσυχεῖς ἐτάρας ἔξω ταύτης  
ἐάσας τῆς φοραῖς. ὥστε μὴ ἰδεῖν, μέλλον-  
τος τῆς πετραεπιῶς ἐπίσταται χρόνου, καὶ τὸ  
ὄν ἐδὲ τῶ τὸ τέλος εἰσφέρεισθαι, θρήνοις  
ἀνά πᾶσαν πόλιν καὶ ὀδυρμοῖς. ἐνστάτης  
δὲ, μάστιγας καὶ βασάνους ὀπιφερομένης  
τοῖς σώμασι τῶν δὲ πενίας ἐχάτης ζη-  
μίαν ἵπνευκεῖν μὴ δυναμένων. ἤδη δὲ  
καὶ μητέρες ἀπέδοντο τοῖς παῖδας, καὶ πα-  
τέρες ὀπι πρνείου θυγατέρας ἐσήσαντο, ἐκ  
τῆς τούτων ἐργασίας ἀργύριον τοῖς τῶ χρυ-  
σοῦρου πρὸς κτορσιν εἰσενευκεῖν ἐπειγέ-  
μενοι. βουλόμενος δὲ καὶ τοῖς ἐν λαμφοῖ  
τύχη πεινοῦσά τε λυπηρὸν, ἕκαστον εἰς  
πλὴν τῆς πρὸς αἰτίαν ἀλάλει, καὶ τῶ  
περὶ ἀλύμματα τῆς ἡμῶν ἀργύρου σα-  
θμὸν ἀπῆται πάλιν. μὴ οὐκ ἰδεῖν τῶν εἰς  
τούτο πεταγμένων ὀπιδημοῦτων ταῖς πό-

*Prætimidum crescet, cito raptum  
sanguine manans.*

Hoc oraculum omnia, prope dixe-  
rim, reuera designat, obscurisque  
vocibus indicat euentura Bithynis  
mala, propter graue tributorum o-  
nus, quæ sequutis temporibus eis  
imposita fuerunt, & quod impe-  
rium cito venturum esset ad eos

*Magna qui veteris habitant Byzanti-  
is in urbe.*

Quòd autem sæculis non paucis in-  
teriectis ea quæ prædicta fuerant  
euenerint: nò eo quis torqueat acsi  
de re quadam alia vaticinium hoc  
loquatur. Nam omne tempus Deo  
breue est, qui semper & existit &  
erit: atque hæc tum de rerum ipsa-  
rum euentis ratiocinando collegi.  
Quòd si cui videtur esse alia ver-  
borum oraculi sententia, per me  
sanè sic illud accipiat licet.

Cæterum Constantinus his ita  
perfectis, exhaurire non desinebat  
vectigalia largitionibus, quæ non  
vbi par erat, sed in homines indi-  
gnos ac nullius pretii fiebāt: & col-  
latoribus quidem tributorum gra-  
uis erat, illos autem cumulabat o-  
pibus, qui nulli esse vsui poterant.  
Nam prodigalitatē pro munifi-  
centia ducebat. Idem & auri ar-  
gentiq; collationem imposuit om-  
nibus vbiq; terrarum negotiatio-  
nes exercētibus, & dardanariis op-  
pidorum, ad vilissimos vsque: ne  
miseris quidem meretriculis hoc  
incommodo liberatis. Itaque vide-  
re erat, quoties quartus quisque  
annus adpeteret, quo vectigal illud  
pendendum erat, meras per vni-  
uersam urbem lacrimas & plora-  
tus: vbi verò iam aduenisset, non-  
nisi flagra tormentaque corpori-  
bus eorum adhibita, qui propter  
paupertatem extremam damnum  
hoc sustinere non possent. Quin &  
liberos ipsæ matres distrahebant,  
& patres filias prostituebant: ex  
harum quæstu chrysfargyri (quasi  
dicas aurargenti) exactoribus pe-  
cuniam offerre coacti. Quumque  
splendidioris etiam fortunæ homi-  
nibus excogitare quiddam vellet,  
quod eos morderet, quemlibet ho-  
rum ad præturæ dignitatem euo-  
cabat, & honoris prætextu magnū  
pecuniæ pondus exigebat. Idcirco

quoties ad vrbes venissent qui huius rei mandatum habebant, erat videre fu-

gam omnium, & profectioem ad extraneos, metuētium ne cum patrimonii sui detrimento, dignitatem hanc apiscerētur. Habebat autem descripta virorum clarissimorum patrimonia: quibus & tributum imposuit, quod ipse Follem nuncupavit. Quibus sanè collationibus vrbes exhaustis. nam quum longo tempore post Constantinum duraret earum exactio, paulatim exhaustis oppidorū diuitiis, ab habitatoribus complura deserta sunt.

¶ His omnibus modis quum reipublicæ Cōstātinus nocuisset, morbo extinctus est. Eius liberi successionem in imperio nacti, qui erant omnino tres, non ex Fausta Maximiani Herculii filia nati, sed ex alia, quam in simulatam adulterii morte adfecerat: sic rebus intenti erant, ut libidinis iuuenibus potiorē, quàm commodi publici rationem haberent. Nam primū inter se nationes partiebantur: & Constantinus quidem natu maximus, cum minimo natu Constante, omnia trans Alpes sita, & Italiam & Illyricum sortitus est: præterea Ponto Euxino finitima, & Africæ quidquid ad Karthaginem pertinet. Constantio datum est quidquid esset in Asia, & oriente, & Ægypto. Erant & imperii quodam modo participes, Dalmatius à Constantino cæsar dictus, & Constantius eius frater, & Anaballianus: qui purpurea & aureis ornata limbis veste utebantur, dignitatē nobilissimatus (ut vocant) ab ipso Constantino propter adgnationis reuerentiā cōsequuti.

